P. PAPINI STATI

SILVAE.

VARIETATEM LECTIONIS SELECTAM

EXHIBVIT

GREGORIVS SAENGER.

PETROPOLI
EX OFFICINA SENATVS
MCMIX

THEODORO KORSCH

PETRO NIKITIN

AMICIS

Quae per annos triginta de Stati eclogarum locis controuersis disputauimus cum propediem excerpere, excerpta in animo sit uno colligere uolumine, cumque prooemio ad criticam 'Siluarum' condicionem uniuerse pertinenti coniectanea illa instruere decreuerimus, nunc 'Siluas' ipsas edituri notarum quas usurpauimus indicem poetae uerbis praeponere satis habemus. Sunt autem hae:

M codex Matritensis bybliothecae nationalis M 31, s. XV ante medium e libro Poggiano descriptus: repperit Gustauus Loewe a. 1879, contulerunt post Loewe Mauricius Krohn (a. 1895) et A. Souter (cf. commentariorum quibus '*The classical review*' inscribitur uol. XII. XIII.), Krohnii copiis praeter F. Vollmer usus est in 'Siluarum' editione Lipsiae a. 1900 impressa A. Klotz: hunc igitur uirum, ubicumque codicem '*M*' laudamus, auctorem profitemur, nisi quod bis terue cautionem quandam adhibuimus. ceterum nonnulla prorsus inutilia praetermisimus. illud uero (quantumuis reclamante A. Engelmann) arte nobis tenendum est, a Matritensis exempli scriba, licet ille, ut ait Pog-

gius, 'ignorantissimus omnium uiuentium' fuerit, libri Poggiani memoriam summa esse fide repraesentatam

M[1] quae ipsius librarii manu in Matritensi correcta uel addita inueniuntur

M[2] manus altera (Poggianae simillima)

m correctiones nouiciae

L codex Laurentianus plutei XXIX 32, s. X exaratus (exhibet *silu.* II 7): nouerat illum Politianus, denuo inspexit Aemilius Baehrens (cf. ed., quae Lips. a. 1876 prodiit); tabulis photographicis, quae Heidelbergae asseruantur, primus, ni fallor, usus est Fredericus Vollmer in libro, quem Lipsiae anno 1898 emisit

L[2] correctoris antiqui manus

ς doctorum Italorum coniecturae in libris e cod. '*M*' ante a. 1500 descriptis obuiae: Matritensem autem omnium qui exstant 'Siluarum' librorum manu scriptorum, excepto '*L*', archetypum esse Alfredus Klotz demonstrauit (idem postea ne Palmensem quidem excipiendum esse ostendit: uid. '*Hebdomadale philol. Berol.*' 1905, 1100 sqq.)

a editio princeps

Parm. editio Parmensis a. 1473

Dom. editiones Romanae altera ambaeue, a. 1475 a Domitio Calderino curatae

A Angeli Politiani 'excerpta' quae dicuntur, scilicet lectiones, quas codice Poggiano collato, men-

tione tamen illius non facta, in editionis principis exemplari, quod hodie Corsinianum est, Politianus anno (id quod Engelmann docuit) 1494 sua manu enotauit: afferuntur in hac editione potiores

'A lectiones eodem atramento ibidem consignatae, quae si e libro Poggiano fluxerunt, nunc Politiani neglegentia deprauatae, nunc ab illo tacite correctae uidentur

A′ lectiones eodem atramento ibidem adscriptae, quas e codice Poggiano fluxisse uel ipse Politianus quodammodo negat uel nobis est negandum

*A** lectiones ibidem disertis Politiani uerbis codici Poggiano (siue 'antiquo') attributae: afferuntur omnes

*'A** lectiones codicis Poggiani a Politiano per incuriam immutatae

**A′* lectiones, quas codici Poggiano falso Politianum tribuisse apparet [1])

Pol. lectiones ibidem a Politiano ante Poggiani libri collationem institutam uel e Domitiana relatae

---

[1]) Conferenda interim sunt quae Alfredus Klotz u. d. in 'Herm.' uol. XXXVIII p. 468 sqq. disseruit nec non Ioannis S. Phillimore praef. ed. 'Siluarum' Oxoniensis. De uera lectionum Politiani aestimatione plura dabit Commentarii nostri mox prodituri prooemium.

(originis quidem signo saepissime omisso) uel ex ingenio prolatae [1]): afferuntur paucissimae

Politiani adnotationes qualescumque ex tabularum photographicarum Heidelbergensium collatione dedimus ea, quam Arthurius Engelmann '*Stud. Lips.*' uol. XX pp. 112 sqq. commentationi diligentissime '*de Statii Siluarum codicibus*' compositae adiecit, sed uno alteroque loco inserere correctionem non dubitauimus.

Petropoli scripsimus Kal. Mart. a. MCMIX.

---

[1]) Atque has quidem non eodem, quo notas A et A^*, inscripsit atramento.

P. PAPINI STATI

SILVARVM

LIBRI V.

INDEX CARMINVM.

LIB. I.

LIB. II.

LIB. III.

LIB. IV.

LIB. V QVI FERTVR.

P. PAPINI STATI

S I L V A R V M

LIBER I.

STATIVS STELLAE SVO SALVTEM.

Diu multumque dubitaui, Stella iuuenis optime
et in studiis nostris eminentissime qua † peste et
uoluisti, an hos libellos, qui mihi subito calore et
quadam festinandi uoluptate fluxerunt cum singuli
de sinu meo pro⟨*uocati essẽt*⟩, congregatos ipse di-
mitterem. quid enim ⟨*opus ẽ hos*⟩ quoque auctori-
tate editionis onerari? *im̃o* adhuc pro Thebaide mea,
2 quamuis me † reliquerit, timeo. Sed et Culi-

I. STATIVS STELLAE SVO | SALVTEM *in codicis M summo folio 64ᵃ inscriptum*, Statius Stellaę [a *del.*] suo Salutem *A*

EPIST. 2 peste et *M*, parte *M²*, parte et *A′*, qua⟨qua⟩ parte *Heinsius*, qua parte coluisti eminentissime *Baehrens*, qua parte euoluisti *Phillimore*, qua ⟨ca⟩pessere uoluisti *temptaram; praestabit, opinor*, qua noster e(ss)e u. 5 *post illud* pro *lacuna 13 litterarum in M*, spaciũ *adscr. M¹ in mg.*, prouocati esse(n)t *suppleui*, prodiissent ς, prodierint *Politianus*, prosiluissent *Barth*, procucurrissent *Postgate* 6 *post uocem* enim *lacuna 12 fere litterarum in M*, oportet hos ς, oportet me huius *Domitius*, ·n· [*h. e. 'enim'*] o........*A′*, opus e(st) hos *suppleui* 7 im̃o *scripsi*, quo *M*, quom *Markland*, qui *Baehrens* 8 quae uix *Wachsmuth*, quam-

cem legimus et Batrachomachiam etiam agnosci-
mus, nec quisquam est inlustrium poetarum qui
non aliquid operibus suis stilo remissiore prae-
luserit. quid quod haec serum erat continere, cum
⟨*singula*⟩ illa uos certe, quorum honori data sunt,
3 haberetis? Sed apud ceteros necesse est mul-
tum illis pereat ex uenia, cum amiserint quam so-
lam habuerunt gratiam celeritatis. nullum enim ex
illis biduo longius tractum, quaedam et in singu-
lis diebus effusa: qua*re t*imeo, ne uerum istuc uer-
sus quoque ipsi de se probent.

4 Primus libellus sacrosanctum habet testem: su-
mendum enim erat 'a Ioue principium'. centum
hos uersus, quos in ecum maximum feci, indulgen-
tissimo Imperatori postero die quam dedicauerat
opus, tradere ius⟨*sus*⟩ sum. 'potuisti illud' dicet
aliquis 'et ante uidisse'. respondebis illi tu, Stella
carissime, qui epithalamion tuum, quod mihi in-
5 iunxeras, scis biduo scriptum. Audacter me-
hercles, *a*d t*ripl*um tamen hexametros habet. ⟨*s*⟩et

---

uis me ⟨nouissime⟩ reliquerit *conicimus, ut sit 'nouissime' pro 'tandem aliquando' dictum* 9 etiam ⟨Homeream⟩ agnoscimus *scripserim* 11 suis *M*, seriis *Markl.*, *an* su(mm)is? 12 quod et serum *Heins.* 13 singula *addidi* 18 quare timeo *scripsi* quamı meo *M*, quamuis *M*[2] *in mg.*, quam*t*i meo *A'* (*'litterae* t *loco, primum scr.* v' *Engelmann teste*), quamquam timeo *Baehrens* 21 centum *M* (Cętū *A*, *teste Engelmann*, *negat autem Postgate hoc in tabula photographica uocabulum apparere*), ceterum *M*[2] *a* 23 dedicatū erat *Markl.*, *coll. I 1, 99* 24 iussus sum ς, iussum *M*, ausus sum *Sandstroem* 27 biduo *M*[2] *in mg.*, dubio *M* 28 ad triplum *scripsi*, sed tantum *M*, sed ter centum *Elter*, sed tamen tantum ⟨non CCC⟩ hexametros *Baehrens* set *scripsi*, et *M*,

fortasse tu pro collega mentieris. Manilius certe
Vopiscus, uir eruditissimus et qui praecipue uin-
dicat a situ litteras iam paene *senes*centes, solet
ultro quoque nomine meo gloriar⟨*i*⟩, uillam Ti-
6 burtinam suam descriptam a nobis uno die. Se-
quitur libellus Rutilio Gallico *c*(*on*)ualescenti dedi-
catus, de quo nihil dico, ne uidear defuncti testis
occasione mentiri, nam Claudi *E*⟨*trus*⟩*c*i testimo-
nium *ad* ma*n*um est, qui balneolum a me suum
intra moram cenae recepit. In fine sunt Kalendae
Decembres, quibus utique creditur: noctem enim
illam feli*cis*simam et uoluptatibus publicis in*cly*-
tam..........

---

at *Bernaerts* 29 Manilius ς, Manlius *M* 31 senescentes *scripsi*, fugientes *M* 32 nomine eo *Markl.* meo gloriar (*exp.* M^1, *del. m*) meo gloriar illā *M*, meo gloriari uillam M^2 (gloriari et uillam *a*, gloriari uillam *A'*, *ceterum dispici posse talia in tabula photographica negat praecise Postgate*) 34 conualescenti *et Scriuerius et Heins.*, est ualenti M^1 (fce *del.* M^2, *aberrauit Engelmann p. 109*), est ualenti *A**: *inuenerat igitur scriba M* c̄ualenti *in libri Poggiani textu idque pro* ē ualenti *habuit; cum autem* fce *in margine additum animaduertisset, hanc a librario archetypi omissam syllabam suprascripsit; anno uero 1494, quo collationem suam Politianus instituit, margines codicis Poggiani abscissos fuisse apparet* (*uid. quae ad I 4, 86* annotamus*) 36 claudic....ei *M*, claudi etrusci M^2 (*in mg.*) *a* (*tacente Politiano*) 37 ad manum *scripsi*, domomum *M*, *del.* M^2, '*post* testimonium *uerbum quale* domomum *suprascr. uid. A'* (*Engelmann*), *omittebatur ante Alfredum Klotz*, uadimonium *Leo coniecit* 39 credetur *Markl.*
40 felissimam *M*, *corr.* ς 40. 41 in&ptā *M*, inexpertā M^2, inclytam *scripsi* *deperditorum sententiam sic fere adumbra-*

I.

ECVS MAXIMVS.

Quae superinposito moles gem*in*ata colosso
stat Latium complexa forum? caelone pera⟨*ctum*⟩
fluxit opus? Siculis an conformata caminis
effigies lassum Steropem Brontemque reliquit?
an te Palladiae talem, Germanice, nobis
effi(*n*)*x*ere manus, qualem modo frena tenentem
Rhenus et attoniti uidit domus ardua Daci?
Nunc age fama prior notum per saecula nomen
Dardanii miretur equi, cui uertice sacro
Dindymon et caesis decreuit frondibus Ide:
*h*unc neque discissis cepissent Pergama muris,
nec grege permixto pueri innuptaeque puellae
ipse nec Aeneas nec magnus duceret Hector.
adde quod ille nocens saeuosque amplexus Achiuos,
*h*unc mitis commendat eques: iuuat ora tueri
mixta notis belli placidamque gerentia pacem.
nec ueris maiora putes: par forma decorque,
par honor. exhaustis Martem non altius armis

---

ueris: ⟨in oculis omnium persecutus sum hendecasyllabis amplius centum⟩

I ECVS · MAXIMVS | DOMITIANI · IMP · *litteris minio depictis M*, EQVS MAXIMVS DOMITIANI Imp. *'A*, *genuinum titulum restituit Vollmer*

1 sedes moles *M*, *priorem uocem del. M²* geminata *am*, gemmata *M Pol.* 2 p(er)a *M*, *suppl. M²*, per a⟨uras⟩ ς 6 effigere *M*, effinxere *m Pol.*, exegere *uel* effecere *Phillimore*, *possis* exeruere 7 domus uidit *M*, *corr. m* 10 Iden *M*, Ida *a*, Ide ς *A'* 11 Nunc *M*, Hunc *m* discussis ς, diuisis *Markl.* 15 Nunc *M*, Hunc *m* equos *M*, *corr.* ς 18 exutis *Heins.*, *exhaustos equi armos indignatus; at quid uetat*

Bistonius portat sonipes magnoque superbit
pondere, nec ta*n*to raptus prope flumina cursu
fumat et ingenti propellit Strymona flatu.
Par operi sedes. hinc obuia limina pandit
qui fe*t*us bellis adscitae munere prolis
primus iter nostris ostendit in aethera diuis,
discit et e uultu, quantum tu mitior armis
qui, nec in externos facilis saeuire furores,
das Cattis Dacisque fidem. te signa ferente
et minor in leges iret gener et Cato *pa*tris.
at laterum passus hinc Iulia tecta tuentur,
illinc belligeri sublimis regia Pauli,
terga pater blandoque uidet Concordia uultu.
Ipse autem puro celsum caput aëre saeptus
templa superfulges et prospectare uideris,
an noua contemptis surgant Palatia flammis
pulchrius, an tacita uigilet face Troicus ignis

'armis' bellorum notionem subicere? altior ς *Heins.* 20 tanto *Pol.*, tardo *M* (*locum expediuit Markl.*) raptus *MA*, rapto *a* 22 huic ς 23 fessus *M*, *correxi* (*uid. Suet. diu. Iul. 44. App. b. c. II 110, Illyr. 13. Dio XLIII 51, XLV 3. Zonar. X 11. Vell. II 59, 4. Liu. epit. 117. Plut. Brut. 22, Caes. 58: cf. Cic. ad Att. XIII 27. 31 al.*): *similiter Sil. It. XVII 378 sq. de Hannibale 'terras implere uolet redeuntibus armis: Noui feta uiri bello praecordia', adde X 14 'fetus Gradino mentem Cato'* [*libri 'p(o)enus', emend. Heins.*] adscitae *M*, adsectae *M*[1], adsertae ς 25 discitur ς, *an* noscitet? 27 cattis *M*, captis *a*, catis *Domit.* (*A'*) 28 patris *reposui* (*V 1, 167 al.*), castris *M*, iustas *Cruceus (Emery de la Croix)*, uestras *Bentley*, sacras *nescioquis*, castus *Bursian*, pacis *Baehrens*, constans *Doelling*, in leges gener et Cato Caesaris iret *Scriuerius*, in leges iret gener et socer ipse *Korsch* (*uoces* Cato castris *e glossemate 'Caesar, pater uxoris' ortas esse ratus*) 32 celsum *M*, cęlum *a*, cęlsum *A*

atque exploratas iam laudet Vesta ministras.
dextra uetat pugn*as*; la*eua*m Tritonia u*ir*go
non grauat e*x*sectae praetend*e*(*n*)*s* colla Medusae
ceu stimulis accend*at* equum; nec dulcior usquam
lecta deae sedes nec si, Pater, ipse teneres.
pectora quae mundi ualeant euoluere curas
⟨*flammeus aurato seruat subtemine thorax*;⟩
et *c*ui se totis Temese dedit hausta metallis
it tergo demissa chlamys. latus ense quieto
securum: magnus quanto mucrone minatur
noctibus hibernis et sidera terret Orion.

At sonipes habitus animosque imitatus equestris
acrius attollit uultus cursumque minatur;
cui rigidis stant colla iubis uiuusque per armos
impetus et tantis calcaribus ilia late
suffectura patent. † uacuae pro caespite terrae

37 *in M post* 38 *legitur: transponendi signa* (b *et* a) *praescripsit M*[1]   pugnes *M*, pugnas ς *a*   laeuam ς, lauium *M*, Latium *m*   pugnis Latium *Baehrens*   uirgo ς, uulgo *M*   38 Non grau *M*[1] *in ras.*, Dextra uet *M ante rasuram*, dum grauat *Korsch*, ingrauat *nos olim*   exsectae *scripsi*, et sectae *M*, ut sectae *Otto*   praetendens ς, praetendit *M*   39 accendat *Aldus*, accendit *M*   40 sic ς   41a *lacunam e. g. suppleui, Theodori Korsch uestigiis ingressus, qui loricae mentionem excidisse dudum intellexerat* (*ceterum cf. uu. 33 'superfulges', 71 'lucemque coruscam', 77 'iubar'*)   42 cui ς, qui *M*, quis *Pol.*   Temese dedit ς, themes edidit *Ma*, themese dedit *Pol.* '*uel al. man.*' (*Engelmann*)   43 it ς, et *M*   50 *an* Venetae? *cf. Mela III 2, 24: 'Rhenus Alpibus decidens prope a capite duos lacus efficit, Venetum* [*i. Brigantinum*] *et Acronum* [*i. inferiorem*]', *Martial. IX 84, 1—6: 'Cum tua sacrilegos contra, Norbane, furores* [*L. Antoni Saturnini*] *Staret pro domino Caesare sancta fides,... Me tibi Vindelicis Raetus narrabat in oris, Nescia nec nostri*

aer*e*a captiui crinem te*r*it ungula Rheni.
hunc et Adrasteus uisum extimuisset Arion
et pauet aspiciens Ledaeus ab aede propinqua
Cyllarus. hic domini numquam muta*b*it habenas
perpetuus frenis atque uni seruiet astro.
Vix sola sufficiunt, *in*sessaque pondere t*an*to
subter anhelat humus; nec ferro aut aere: laborant
sub genio, teneat quamuis aeterna crepido,
quae superingesti portaret culmina montis
caeliferique attrita genu durasset Atlantis.
Nec longae traxere morae. iuuat ipsa labores
forma dei praesens, operique intenta iuuentus
miratur plus posse manus. strepit ardua pulsu
machina; continuus septem per culmina *in au*r*is*
it fragor et magnae figit uaga murmura Romae.
Ipse loci custos, cuius sacrata uorago
famosique lacus nomen memorabile seruant,

---

nominis Arctos erat' [*Stat. S. I 4, 89: 'Arctoas acies Rhenumque rebellem., CIL. VI 1347. VIII 1026. Suet. Dom. 6: 'bellum ciuile motum a L. Antonio, superioris Germaniae praeside, confecit absens felicitate mira, cum ipsa dimicationis hora resolutus repente Rhenus transituras ad Antonium copias barbarorum inhibuisset'*]. *Plin. n. h. IX 63: 'lacus Raetiae Brigantinus'. Amm. XV 4, 3*

51 aenea *M, corr. Markl.* tegit M, *corr.* ς 54 mutauit *M, corr.* ς, 56 uis essaque *Ma, corr. mA'* tanto ς, toto *M* 57 laborat ς 58 sed genio *Aldus* 59 super ingesti *MA*, super ingentis ς *a* 64 continuos *m*, pulsu—continuo *Markl.* in auris *temptaui* (*de elisione conf. I 2, 111. 159. 5, 53. II 1, 17. 30. 3, 2. 5, 11. 6, 94. III 3, 94. 5, 3. IV 2,10. V 1, 86. 214. 3, 75. de 'in' Sil. XII 211, Hor. a. p. 388, Cic. de or. II 355*), montis *M*, Martis *Gronou.*, molis *Heins.*, multus *Markl.*, caelo *Hand*

65 figit *a* (*tac. A*), fingit *M*, uincit *Heins.*, '*Romae*' (*V 1, 217*) *pro datiuo accipimus* (*Ach. I 380 sq.: 'murmura figit Auribus'*)

innumeros aeris sonitus et uerbere crudo
ut sensit mugire forum, mouet horrida sancto
ora situ meritaque caput uenerabile quercu.
ac primum ingentes habitus lucemque coruscam
expauit maioris equi terque ardua mersit
colla lacu trepida*ns*; laetus mox praeside uiso:
'Salue, magnorum proles genitorque deorum,
auditum longe numen mihi! nunc mea felix,
nunc ueneranda palus, cum te prope nosse tuumque
immortale iubar uicina sede tueri
concessum. semel auctor ego inuentorque salutis
Romuleae: tu bella Iouis, tu proelia Rheni,
tu ciuile nefas, tu tardum in foedera montem
longo marte domas. quod *si te* nostra tulissent
saecula, temptasses, me non audente, profundo
ire lacu; sed Roma tuas tenuisset habenas'.
Cedat equus, Latiae qui contra templa Diones
Caesarei stat sede fori, quem traderis ausus
Pellaeo, Lysippe, duci, mox Caesaris ora
mirata ceruice tulit: uix lumine fesso

---

68 surdo *Scaliger*, crebro *Markl.*, duro *Burmann* 72 terque *MA*, tibique *a* 73 trepidans *A'm*, trepidas *M* (tepidus *a*), trepidus ς 76 nosse *MA*, nosce *a* 81 quod s...nostra *M*, *suppl. m*
82 gaudente *Lipsius*, nondum audente *Sandstroem*, nec suadente (*i. sponte tua*) *conicias* (*cf. 2,193*) profundo *M*, profundos *m* 83 lacus et *M*, *corr. Markl.* 84 templa diones *m*, templa reliones *M* (*ut uidetur*) 84—90 *post 55 ponendos esse susp. W. Meyer* 85—87 quem...tulit *damnabant Dan. Heins., Scriuerius, Geuaerts, Markl.* 85 tradere es ς 87 aurata ς, *sed cf. cum I 5, 50, tum Maronianum illud* (*Georg. II 82*): *'miraturque nouas frondes' de arbore dictum*

explores, quam longus in hunc despectus ab illo.
quis rudis usque adeo qui non, ut uiderit ambos,
tantum dicat equos quantum distare regentes?
Non hoc imbriferas hiemes opus aut Iouis ignem
tergeminum, Aeolii non agmina carceris horret
annorumue moras: stabit, dum terra polusque,
dum Romana dies. hoc et sub nocte silenti,
cum superis terrena placent, tua turba relicto
labetur caelo miscebitque *ora uerenda*.
ibit in amplexus natus fraterque paterque
et soror: una locum ceruix dabit omnibus astris.
Vtere perpetuum populi magnique senatus
munere. *A*pelleae cuperent te scribere cerae
optassetque nouo similem te ponere templo
Atticus Elei senior Iouis, et tua mitis
ora Tarans, tua sidereas imitantia flammas
lumina contempto mallet Rhodos aspera Phoebo.
certus ames terras et quae tibi templa dicamus
ipse colas; nec te caeli iuuet aula, tuosque
laetus huïc dono uideas dare *t*ura nepotes.

---

91 opus *MA*, *om. a* (*Dom.*) 94 hoc *MA* (*cf. Woelffl. Arch. Lex. VII 332*), hac *a*, huc ϛ 96 ora uerenda *scripsi* (ora corusca *temptaueram*), oscula iuxta *MA*, osc. iuncta *a*, *distinxit ante* iuxta *Barth* 100 pelleae *M*, *corr.* ϛ cerae *M*, coenę *a*, cerę *A*, curae *Polster*, *possis* cuperent tibi uiuere cerae 102 genitor *Liuineius*, sector *Lipsius*, fictor *Lafaye*; *lectionem traditam Gronou. uindicabat, probante Markl.* 103 Tarans *M*, tonans *a*, taras *A′* 105 Certus *M*, Cęcus *a*, Cęrtus *A* 107 *antestatur Priscian. II p. 10 Hertz* (*cf. adnot. ad Silu. I 2, 135*) Laetus *M*, Lętius *a Dom.*, Lętus *Pol.* huic *Priscian. MA*, hoc *a* tura ϛ *Dom.* (*inde Pol.*), iura *M et Prisciani libri praeter Sangallensem*

II.

EPITHALAMION.

Vnde sacro Latii sonuerunt carmine montes?
cui, Paean, noua plectra moues umeroque comanti
facundum suspendis ebur? procul ecce canoro
demigrant Helicone deae quatiuntque nouena
lampade sol*l*emnem thalamis coëuntibus ignem,
et de Pieriis uocalem fontibus undam
⟨*rite ferunt, frondemque parant aptare secundam.*⟩
quas inter uultu petulans Elegea propinquat
celsior adsueto, diuasque hortatur et ambit
alternum fu*l*tura pedem decimamque uideri
se cupit et medias fallit permixta sorores.
ipsa manu nuptam genetrix Aeneia du*c*it
lumin*a* demissam et dulci probitate rubentem,
ipsa toros et sacra parat coetuque Latino
dissimulata deam crinem uultusque genasque
temperat atque noua gestit minor ire marita.
Nosco diem causasque sacri: te concinit iste
(pande fores), te, Stella, chorus; tibi Phoebus et Euh*a*n
et de Maenalia uolucer Tegeaticus umbra

II EPITHALAMION [Epithalamium *A*] IN STELLAM ET VIOLENTILLAM [Violētillā *A*] *MA*, *uerum uidit Vollmer*   2 comanti *MA*, tonanti *a*   6 umbram *Pol.*   6ᵃ *orationem hiantem resarcire conatus sum, coll. u. 19 (Plut. Pomp. 55. Claudian. X 203), Ach. I 9*   9 fultura ς, futura *M*, factura *ma*, *'supra... litteras* ac *fortasse aliquid scripsit A' (Engelmann)*, suffulta *Leo*, furata *Sandstroem*, *an* fūtura (*h. e. quasi mutuum sumptura*)?   11 genetrix *MA*, genitrix *a*   ducit ς *Pol.*, duxit *Ma*   12 lumine *M*, *corr.* ς   13 strata *Heins.*   cultuque *et Heins. et Tanneguy Lefebvre*   15 noua—marita *MA*, nouo—marito *a*   17 euhun *M*, *corr. m*

serta ferunt. nec blandus Amor nec Gratia cessat
amplexum niueos optatae coniugis artus
floribus innumeris et olenti spargere nimbo.
tu modo fronte rosas, uiolis modo lilia mixta
excipis et domin*ae* *iu*ue(*n*)i*le* a uultibus obstas.
Ergo dies aderat Parcarum conditus albo
uellere, quo Stellae Violentillaeque professus
clamaretur hymen. cedant curaeque metusque,
cessent † mendaces obliqui carminis astus,
Fama tace: subiit leges et frena momordit
ille solutus amor; consumpta est fabula uulgi,
et narrata diu uiderunt oscula ciues.
tu tamen attonitus, quamuis data copia: tanta
n*a*ct*us*, adhuc optas, *per*missaque numine dextr*o*
uota paues. pone o dulcis suspiria uates,
pone: tua est. licet expositum per limen aperto
ire redire gradu: iam nusquam ianitor aut lex
aut pudor. amplexu tandem satiare petito
(contigit) et duras pariter reminiscere noctes.

---

22 fronte *M Pol.*, fonte *a*, fronde *Gronou.* uiolis *M*, mollis *a*, uiollis *A* 23 dominis niueis *M*, dominae ς, nitidis *Markl.*, iuuenile *scripsi*, metuēs *temptaueram* 27 mendaces *M Pol.*, mendacis *a*, mordaces *Markl.*, multiplices *conieci (Verg. A. IV 189: '[Fama] multiplici populos sermone replebat' eqs.)* astus *MA* (astris *a*), ausus *Heins.* 31 attonitus *scil. 'es' (cf. u. 213: 'uisus' scil. 'es')* data copia: *Theb. I 287 (Ouid. met. VI 545. VIII 838 sq. XIII 863. XIV 70. Sil. It. VII 533 sq.: 'quando data copia, longum Detergete situm'; cf. Sall. b. Iug. 102, 15. Liu. XLIV 31, 12: 'copia facta')* 31—32 tanta Nactus *scripsi*, tantae Noctis *M*, tantae Sortis *Markl.* 32 depremissaque *M* (de *exp. m*), promissaque ς, *corr. Heins.* dextra *M*, *corr.* ς 36 *om. a, adscr. A (sed extremi uersus litterae quinque periere)*

Digna quidem merces, et si tibi Iuno labores
Herculeos, Stygiis et si concurrere monstris
Fata darent, si Cyaneos raperere per aestus.
hanc propter tanti Pis*ae*a lege trementem
currere et Oenomai fremitus audire sequentis.
nec si Dardania pastor temerarius Ida
sedisses, haec dona forent, nec si alma per auras
te potius *croce*a ueheret Tithonia biga.
Sed quae causa toros inopinaque gaudia uati
attulit? hic mecum, dum feruent agmine postes
atriaque et multa pulsantur l*i*mina uirga,
hic, Erato iocunda, doce. uacat apta mouere
colloquia, et docti norunt audire penates.
Forte, serenati qua stat plaga lactea caeli,
alma Venus thalamo pulsa modo nocte iacebat
amplexu duro Getici resoluta mariti.
fulcra torosque deae tenerum premit agmen Amorum;
signa petunt qua ferre faces, quae pectora figi
imperet; an terris saeuire an malit in undis,
an miscere de*a*s an adhuc uexare Tonantem.
ipsi animus nondum nec cordi fixa uoluntas.
fessa iacet stratis, ubi quondam conscia culpae

petito *M*, potito ς 40 si *M*, seu *malim* 41 pisca *M*, pisea *m* 42 oenomai *MA* (emonia *a*) sequentis *MA*, frequentes *a*, sequentes *Dom.* (*quod enotat Pol.*) 44 sedisses *MA**, dixisses *a*, uenisses *Dom.* (*affert Pol.*) 45 crocea *Bentley*, prensa *MA* (prehensa *a*), pensa *Geuaerts*, prensum *Parrhasius* aueheret *Baehrens* titonia *A* (tritonia *a*) 46 uatis *MA*, uates *a*, *corr. Dom.* 47 mecum *M*, laetum d. feruent *Heins.* 48 limina ς, lumina *M* 53 getici *MA* (gręci *a*) 55 qua *Nodell*, quas *M* 57 deas *scripsi*, deos *M* 59 fusa *Markl.*

Lemnia deprenso repserunt uincula *ludo*.
hic puer e turba uolucrum, cui plurimus ignis
ore manusque leui numquam frustrata sagitta,
agmine de medio tenera sic dulce profatur
uoce (pharetrati pressere silentia fratres):
'Scis ut, mater,', ait 'nulla mihi dextera segnis
militia; quemcumque hominum diuumque dedisti,
uritur. at quondam lacrimis et supplice dextra
et uotis precibusque uirum concede moueri,
o genetrix: duro nec enim ex adamante creati,
sed tua turba sumus. clarus de gente Latina
est iuuenis quem patriciis maioribus ortum
nobilitas gauisa tulit praesagaque formae
protinus e nostro posuit cognomina caelo.
hunc egomet tota quondam (tibi dulce) pharetra
improbus et densa trepidantem cuspide fixi.
quamuis Ausoniis multum gener ille petitus
matribus, edomui uictum dominaeque potentis
ferre iugum et longos iussi sperare per annos.
ast illam summa leuiter (sic namque iubebas)

---

60 deprenso repserunt *MA*, repserunt deprehenso *a*   deprensae *Hand*   lecto *M*, furto *Cruceus et Markl.*, ludo *scripsi*, *coll. Theb. V 195, IX 612, Ter. Eun. 586 sq., Cat. 61, 210 sq. (Prop. I 10, 9. II 6, 4. Ouid. am. II 3, 13. I 8, 43, art. II 389, al.)*   sepserunt *Heins.*, deprensam sepserunt *Burmann*   62 manuque *M, corr. Morel*   63 profatur *MA*(profatus *a*)   67 quondam *M*, tandem *Markl.*   dextra *M*, questu *Schrader, coll. u. 196*   68 uiri *Bernaerts*, nurum *Polster*   mouere *Otto*   71 en iuuenis *Heins.*   73 protinus *probum: cf. II 7, 36. V 3, 121*   74 quoniam *Parrhas.* (*coll. II 1*, 61), quando *Postgate.* (meditans tibi dulce) *temptabam*

lampade parcentes et inerti strinximus arcu.
ex illo quantos iuuenis premat anxius ignes
testis ego, attonit*us* quantum me nocte dieque
urguentem ferat. haud ulli uehementior umquam
incubui, genetrix, iterataque uulnera fodi.
uidi ego et immiti cupidum decurrere campo
*H*ippomenen, nec sic meta pallebat in ipsa;
uidi et Abydeni iuuenis certantia remis
bracchia laudauique manus et saepe natanti
praeluxi: minor ille calor, quo saeua tepebant
aequora! tu ueteres, iuuenis, transgressus amores:
ipse ego te tantos stupui durasse per aestus
firmauique animos blandisque madentia plumis
lumina detersi. quotiens mihi questus Apollo,
sic uatem maerere suum! iam, mater, amatos
indulge thalamos. noster comes ille piusque
signifer: armiferos poterat memorare labores
claraque facta uirum et torrentes sanguine campos,
sed tibi plectra dedit mitisque incedere uates
maluit et nostra laurum subtexere myrto.
hic iuuenum lapsus suaque a*n*t(*e*) ex*p*er*t*a reuoluit

---

80 inerti *MA*, inermi *a* 82 attonito *Ma*, *corr.* ς *Pol.* 84 fodi *MA**, facti *a*, fixi *Dom.* (*affert Pol.*) 85 inmitti *M*, *corr.* *M*[2] 86 Ippomenen *M*, Hyppomenen *a*, *corr. Pol.* ipsa *M*, ima *Markl.*, *coll. Sidon. c. 14, 14: 'pallens Hippomenes ad ima metae' (cf. Sidon. c. 5, 175: 'ad anfractum metae').* 88 Bracha *a*, Brachia *A* 89 Praeluxi *MA*, Praelusi ς *a*, praefulsi *Postgate* 92 Firmauique *MA*, Firmarique *a* 94 amatos *probum: cf. Ouid. met. IV 218* 95 indulget *M*, *corr.* ς 97 torrenti et sanguine? *cf. Luc. II 220* 98 sic *M*, *corr. Pol.*, hic *Dom.*

100 hinc iuuenum plausus *Heins.* ante experta *scripsi*, aut externa *M Parm. Dom. (affert hanc lectionem Pol.)*, aut ex-

uulnera; pro! quanta est Paphii reuerentia, mater,
numinis: hic nostrae defleuit fata columbae.'
    *Fin*is erat; tenera matris ceruice pependit
blandus et admotis tepefecit pectora pennis.
illa refert, uultum non aspernata roga(*n*)*tis*:
    'Grande quidem rarumque uiris, quos ipsa probaui,
Pierius uotum iuuenis cupit. hanc ego formae
egregium mirata decus, cui gloria patrum
et generis certabat honos, tellure cadentem
excepi fouique sinu nec colla genasque
comere nec pingui crinem deducere amomo
cessauit mea, nate, manus. mihi dulcis imago
prosiluit. celsae procul aspice frontis honore*m*
suggestumque comae. Latias metire quid ultra
emineat matres: quantum Latonia Nymphas
uirgo premit quantumque egomet Nereidas exto.
haec et caeruleis mecum consurgere digna
fluctibus et nostra *mer*uit considere conc*h*a
et si flammigeras potuisset scandere sedes
hasque intrare domos, ipsi erraretis, Amores.
huic quamuis census dederim largita beatos,
uincit opes animo. queri*m*ur iam Seras auaros

---

trema ς *a*, haud extrema ς *Pol.*, *idque tuetur Markl.*, *coll. Verg. A. XI 701*, *ut sit 'non minima nec extremo loco ponenda'*, haud hesterna *Ald. et Heins.*   103 Emis erat *M*, dixerat et ς, Dempserat in *a*, finierat ς, Finis erat *A*, *quod cum genuinum uideatur*, finis erat ⟨uerbis⟩; tenera [matris] ceruice pependit *conicias (Ouid. met. IV 389)*   105 uultu ς *a*   rogari *M*, *corr. Lafaye*, uultu n. a. rogantem *Markl.*   107 capit *Markl.*   113 honores *M*, *corr.* ς   116 quantumque *M*, gradiensque *temptabam* (*Verg. A. I 501*)   118 meruit *Korsch.* potuit *M*   122 queritur *M*, *corr. Heins. et Peyrarède*   seras *MA*, serus *a*

a*n*gustum spoliare nemus Clymenaeaque desse
germina nec uirides satis inlacrimare sorores,
uellera Sidonio iam pauca rubescere tabo
raraque longaeuis niuibus crystalla gelari.
huic Hermum fuluoque Tagum decurrere limo
(nec satis ad cultus), huic Inda monilia Glaucum
Proteaque atque omnem Nereida quaerere iussi.
hanc si Thessalicos uidisses, Phoebe, per agros,
erraret secura Daphne. sin litore Naxi
Theseum iuxta foret haec conspecta cubile,
Gnosida desertam profugus liquisset et Euhan.
quod nisi me longis placasset Iuno querelis,
falsus huïc p*i*nnas et cornua sumeret aethrae
rector, in hanc *ca*ro cecidisset Iuppiter auro.
sed dabitur iuueni, cui tu, mea summa potestas,
nate, cupis, thalami quamuis iuga ferre secundi
saepe neget maerens. ipsam iam cedere sensi
inque uicem tepuisse uiro.'

---

123 Augustum *Ma*, *corr.* ς *Pol.* spoliasse *Heins.* clymenaeaque *M*, clymeneaque '*A*, dumeta *a* desse *Baehrens*, deesse *M* 128 inda *M*, uda *ma*, Inda *Dom.* (*laudatus a Pol.*) 129 Protheaque *M*, *corr.* ς 131 dafnes in *M*, daphnes *a*, daphne *A*, Daphne si lit. *Toll*, D. si in l. *Baehrens*, D. sin l. *Phillimore* 135 *antestatur Priscian. II p. 10 Hertz*: '*Statius quoque* huic *uidetur protulisse per dihaeresin in primo siluarum:* Laetus—nepotes [*1, 107*], *idem in eodem*: Falsus—aethrae.' Falsus *Priscian. M Pol. (e Prisciano, ut uid.)*, Falsas ς *a* pinnas *Prisciani libri meliores*, pennas *M*, hinc poenas *a*, huic pēnas *A* 136 caro *scripsi*, uero *M*, te(n)ero *temptaram (Cic. n. d. II 65 ex Eurip., Lucr. I 809, Verg. E. 6, 34, G. II 331, A. IX 699, Ouid. met. IV 616)*, alio *Markl.*, iterum *Burmann*, uerso *Herzog*, crebro *Grasberger*

Sic fata leuauit
sidereos artus thalamique egressa superbum
limen Amycl*a*eos ad frena citauit olores.
iungit Amor laetamque uehens per nubila matrem
gemmato temone sedet. iam Thybridis arces
Iliacae: pandit nitidos domus alta penates
claraque gaudentes plauserunt limina cygni.
digna dea e⟨*st*⟩ sedes, V*ene*ris nec sordet ab astris:
hic Libycus Phrygiusque silex, hic dura Laconum
saxa uirent, hic flexus onyx et concolor alto
uena mari rupesque nitent, quis purpura *nec* p*a*r
Oebalis et Tyrii moderator liuet aëni.
pendent innumeris fastigia nixa columnis,
robora Dalmatico lucent satiata metallo.
excludunt radios siluis de*mi*ssa uetustis
frigora, perspicui uiuunt in marmore fontes.
nec seruat natura uices: hic Sirius alget,
*b*ruma tepet uersumque domus sibi temperat annum.
exultat uisu tectisque potentis alumnae

---

142 Lymen *M*, Lumen *a*, Limen *Pol.* 146 limina *MA*, littora *a* 147 dea ẽ *scripsi*, deae *M* Veneris *scripsi* (*coll. u. 51*), uiridis *Ma*, nitidis *Dom.*, *quo commento arrepto Politianus cum editionis principis lectionem praeproperus deleuisset, interpolationis mitigandae causa* āt uł nitidis (*h. e.* '*antiquus* uiridis *uel* nitidis') *suprascripsit *A'* (*cf. II 3, 55*) 149 fuscus *Heins.*, flauus *Herzog*, *sed* flexus *illud tenendum, cum signa et uasa onychitina 'duris Laconum saxis' opponantur* 150 nec par *scripsi* (*uid. V 5, 74*), saepe *M*, paene *Heins.*, cedit *Markl.*, sordet *Baehrens* (*at cf. u. 147*) 151 moderatrix *Heins.*, *sed* moderator *de purpurae suco illo infectore* (*Plin. n. h. XI 8; cf. Sen. n. q. III 25, 4*) *dictum* 154 deiussa *M*, *corr. m.*, decussa ς *a* 155 murmura *Heins.* 157 Ruma *M*, *corr. m*

non secus alma Venus quam si Paphon aequore ab alto
Idaliasque domos Erycinaque templa subiret.
tunc ipsam solo recli*n*em adfata cubili:
'Quonam hic usque sopor uacuique modestia lecti,
o mihi Laurentes inter dilecta puellas?
quis morum fideique modus? numquamne uirili
summittere iugo? ueniet iam tristior aetas.
exerce formam et fugientibus utere donis.
non ideo tibi tale decus uultusque superbos
meque dedi, uiduos ut transmittare per annos
ceu non cara mihi. satis o nimiumque priores
despexisse procos. at enim hic tibi sanguine toto
deditus unam omnes inter miratur amatque
nec formae nec stirpis egens. nam docta per urbem
carmina qui iuuenes, quae non didicere puellae?
hunc et bisseuos (sic indulgentia pergat
praesidis Ausonii) cernes attollere fasces
ante diem; certe iam nunc Cybeleia mouit
limina et Euboicae carmen legit ille Sibyllae.
iamque parens Latius, cuius praenoscere mentem
fas mihi, purpureos habitus iuuenique curule
indulgebit ebur Dacasque (e*a* gloria maior)
exuuias laurosque dabit celebrare recentes.
ergo age, iunge toros atque otia deme iuuentae.
quas ego non gentes, quae non face corda iugali
⟨*quassata domui, quae non accincta ligaui?*⟩

---

160 Idaliasue d. Erycinaue *Markl.* 161 recliuem *M, corr.* ς 169 clara *Ma, corr.* ς (cara *A 'incertissim.' teste Engelmann*) 176 mouit *M,* nouit ς 180 ea *Baehrens,* et *M, om. A* 181 recentes *MA,* recentis *a* 183 mentes *Heins.* iugaui *Dom.* 183[a] *lacunam e. g. suppleui, coll. Theb. IV 691 sq.,*

alituum pecudumque mihi durique ferarum
non renuere greges, ipsum in conubia terrae
aethera, cum pluuiis rarescunt nubila, soluo.
sic rerum series mundique reuertitur aetas.
unde nouum Troiae decus ardentumque deorum
raptorem, Phrygio si non ego iuncta marito?
Lydius unde meos iterasset Thybris Iulos?
quis septemgeminae posuisset moenia Romae
imperii Latiale caput, <*ni*>si Dardana furto
cepisset Martem, nec me prohibente, sacerdos?'
His mulcet dictis tacit*um*que inspirat *am*orem
conubii; redeunt animo iam dona precesque
et lacrimae uigilesque uiri prope l*i*mina questus,
Asteris et uatis totam cantata per urbem,
Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu,
quantum non clamatus Hylas. iamque asper*a* coepit
flectere corda libens et iam sibi dura uideri.
Macte toris, Latios inter *bl*a*n*dissime uates,
quod, durum permensus iter coeptique labor*e*s,

V 62 sq. 191 quis ς, qui *M* 192 nisi ς, si *M*, ni *Baehrens* 194 tacitoque insp. honorem *M*, *corr.* ς 196 lumina *Ma*, *corr.* ς *Pol.* 197 uati *Markl.*, uotis *Phillimore*, *an* uentis? *cf. Lucr. IV 931: 'ne uentis uerba profundam', Cat. 65, 17: 'dicta uagis nequicquam credita uentis', Verg. A. XI 794 sq. Tib. I 5, 35 sq. Lygd. 6, 27 sq., Prop. I 16, 34: 'at mea nocturno uerba cadunt zephyro', Ouid. her. 2, 15, am. I, 411 sq., 6, 41 sq., Stat. Ach. II 286, Amm. Marc. XV 5, 8: 'uentis — loquebatur incassum'* 199 asperit *M*, *corr. m*
201 blandissime *scripsi*, placidissime *M* 202 coeptique laboris *M*, coeptosque labores *Markl.*, coeptique labores *Otto*, capitisque labores *F. Schoell*, septemque labores *hariolans temptaram (coll. Theb. VI 296—933)*, *explosit Nikitin*. *possis* centu(m)que l.

prendisti portus. niti*dae* sic transfuga Pisae
a*mnis*, in externos longe flammatus amores,
flumina demerso trahit intemerata canali,
donec Sicanios tandem prolatus anhelo
ore bibat fontes; miratur dulcia Nais
oscula nec credit pelago uenisse maritum.

Quis tibi tunc alacri caelestum in munere claro,
Stella, dies, quanto salierunt pectora uoto,
dulcia cum dominae dexter conubia uultus
adnuit! ire polo nitidosque errare per axes
uisus. Amyclaeis minus exultauit harenis
pastor, ad Idaeas Helena ueniente carinas;
Thessala nec talem uiderunt P*e*lea Tempe,
cum The*tin* Haemoniis Chiron accedere terris
erecto prospexit equo. quam longa morantur
sidera! quam segnis uotis Aurora mariti!

At procul ut Stellae thalamos sensere parari
Letous uatum pater et Semeleïus Euhan,
hic mouet Ortygia, <*mouet*> hic rapida agmina Nysa.
huic Lycii montes gelidaeque umbracula Thymbrae
Parnasi*q(ue) niues*, illi Pang*a*ea resultant
Ismaraque et quondam genialis litora Naxi.
tunc caras iniere fores comitique canoro

---

203 nitiade (*uel* mtiade) *M*, nitidę *A** [mie *a*], tumidae *Dom.*, nitidae ς, portum. Eliados *Slater* 204 Annus *M*, amnis *A* 206 prolatus *MA*, p(er)latus *Pol.* 209 in *om. Dom.* 215 palea *M*, pellea *a*, pelea *mA'* 216 thean *M*, *corr. m.* 218 maritis *Heins.* 219 Ac *M*, *corr.* ς 220 Lethous *M* 221 <mouet> ς *A*, <ciet> *Postgate* rapida *MA* hic m. O., <docta> hic rapit a. N. *conieci* 223 Parnasiq. niues *scripsi (idem restituendum Papinio Ach. I 152)*, Et Parnasis honos *M*, et, Parnasse, sonas *Dan. Heinsius*, et Parnasis hiems *Schwartz*

hic chelyn, hic flauam maculoso nebrida tergo,
hic thyrsos, hic plectra ferunt; hic enthea lauro
tempora, † Minoa crinem premit ille corona.
 Vixdum emissa dies, et iam socialia praesto
omina, iam festa feruet domus utraque pompa.
fronde uirent postes, *ef*fulgent compita flammis,
et pars immensae gaudet celeberrima Romae.
omnis honos, cuncti ueniunt ad limina fasces,
<*splendida*> p*l*ebeio teritur praetexta tumultu,
hinc eques, hinc iuuenum *fluc*tus, stola mixta laborat.
felices utrosque uocant, sed in agmine plures
inuidere uiro.
 Iamdudum poste recli*n*is
quaerit Hymen thalamis intactum dicere carmen,
quo uatem mulcere queat. dat Iuno uerenda
uincula et † insigni geminat Concordia taeda.
hic fuit ille dies: noctem canat ipse maritus.

---

228 Minoa *suspectum*, tempora, <pam>pinea *temptabam* 231 et fulgent *M*, *corr. Markl.* 234 splendida *Korsch*, Omnis *M* (*ex u. 233*) phebeio territur *M*, *corr.* ς 235 fluctus *scripsi*, questus hasta *M*, hasta *del.* *M*[1], iuuenum coetu st. *Bernaerts* (coetus *Markl.*), iuuenumq. aestus *Barth* (equitum iuuenumq. aestu *Otto*, in iuuenumq. aestu *Postgate*), iuuenum uestis *Ellis*, iuuenum accessu *Waller* (iuuenum gressus *nos olim*), iuuenum gregibus *Korsch*, hinc, eques hinc astat; clauo st. m. l. *Phillimore*, iuuenem iuxta stola honesta l. (iuuenum stola coetibus hausta l.) *temptaueram* 237 recliuis *M*, *corr.* *M*[2] *uel m* 240 cingula *N. Heins.* insignis gemina *Parrhas.*, insigni geminat C. nodo *Scaliger*, insignes g. C. taedas *Boxhorn*, uincula et incingit gemino C. nodo *Heins. postea, coll. Mart. VI 13, 5 (Iunonem Cinxiam idem significari putabat)*, u. et insignit gemina C. taeda *Phillimore*, u. nec segni geminat C. taeda(m) *conieci* (*i. 'ac non segni marito sociat uxorem'*)

quantum nosse licet, sic uicta sopore doloso
Martia fluminea posuit latus Ilia ripa;
non talis niueos tinxit Lauinia uultus,
cum Turno spectante rubet; non Claudia talis
respexit populos mota iam uirgo carina.
  Nunc opus, Aonidum comites tripodumque ministri,
diuersis certare modis: eat enthea uittis
atque hederis redimita cohors, ut pollet ouanti
quisque lyra. sed praecipui, qui nobile gressu
extremo fraudatis opus, date carmina festis
digna toris. hunc ipse, Coo plaudente Phil*eta*,
Callimachusque senex Vmbroque Propertius antro
ambissent laudare diem, nec tristis in ipsis
Naso Tomis diuesque foco lucente Tibullus.
  Me certe non unus amor simplexque canendi
causa trahit: tecum similes iunctaeque Camenae,
Stella, mihi, multumque pares bacchamur ad aras
et sociam doctis haurimus ab amnibus undam.
at te nascentem gremio mea prima recepit
Parthenope, dulcisque solo tu gloria nostro
reptasti. nitidum consurgat ad aethera tellus
Eubois et pulchra tumeat Sebethos alumna;
nec sibi sulpureis Lucrinae Naides antris
nec Pompeian*(a)e* placeant magis *obice* Sarni.

---

242 nosce *M*, *corr.* ς 244 strinxit *M*, *corr. Guyet* 250 praecipue ς 251 epos *Heins.*, *at cf. IV 7, 3. Prop. II 10, 2. III 3, 15 sq. Ouid. am. I 1, 27* faustis *Markl.* 252 toris *MA* Dom.*, choris *a* choo *M*, *corr.* ς *a*, choro *Avanzi*. Phileta *Polster*, philytes *M*, philites *a*, philetes *Pol.*, Philetas ς 255 thomis *M*, *corr.* ς 262 uindum *M*, *corr.* ς 264 tibi *Parm.* 265 Pompeiani *M*, *correxi* otia M, *correxi*

Heia age, praeclaros Latio properate nepotes,
qui leges, qui castra *r*egant, qui carmina ludant.
acceleret partu decimum bona Cynthia mensem,
sed parcat Lucina precor; tuque ipse parenti
parce, puer, ne mollem uterum, ne stantia laedas
pectora; cumque tuos tacito natura recessu
forma*b*it uultus, multum de patre decoris,
plus de matre feras. a*t* tu, pulcherrima forma
Italidum, tandem merito possessa marito,
uincla diu quaesita foue: sic damna decoris
nulla tibi; longe uiridi sic flore iuuentae
perdurent uultus, tardeque haec forma senescat.

III.

VILLA TIBVRTINA MANILII VOPISCI.

Cernere facundi Tibur glaciale Vopisci
si quis et inserto geminos Aniene penates
aut potuit sociae commercia noscere ripae
certantisque sibi dominum defendere uillas,
illum nec calido latrauit Sirius astro,

---

267 legant *M*, *corr. Pol.* 272 formarit *M*, *corr. Baehrens* 273 at ς *A*, ac *M* 276 uiridi *Bentley*, uiridis *M*, uirides *A'*

III VILLA · TIBVRTINA · M · ANILII · VOPISCI · *M* *Apollin. Sidon. c. 22, § 6: 'si quis autem carmen prolixius eatenus duxerit esse culpandum, quod epigrammatis excesserit paucitatem, istum liquido pate⟨bi⟩t neque* balneas Etrusci *neque* Herculem Surrentinum *neque* comas Flauii Earini *neque* Tibur Vopisci *neque omnino quicquam de Papinii nostri* siluulis *lectitasse'*
2 insertos *M*, *corr. m*

nec grauis aspexit Nemeae frondentis alumnus
(talis hiems tectis, frangunt sic improba solem
frigora), Pisaeumque dom*a*(n)s non aestuat annum. 8
<*Non*> ipsam a*b*nuera*t* te*la*m scripsisse Voluptas:
*n*unc Venus Idaliis unxit fastigia sucis
permulsitque comis blandumque reliquit honorem
sedibus, et uolucres uetuit discedere natos. 12
O longum memoranda dies! quae mente reporto
gaudia, quam lassos per tot miracula uisus:
ingenium quam mite solo! quae forma beatis
a*n*te manus artemque locis! non largius usquam 16
indulsit Natura sibi. nemora alta citatis
incubuere uadis; fallax responsat imago
frondibus, et longas eadem fugit umbra per undas.
ips*e* A*n*ie*n* (miranda fides), infraque superque 20
*l*a*ct*eus, hic tumidam rabiem spumosaque ponit
murmura, ceu placidi ueritus turbare Vopisci
Pieriosque dies et a*l*entes carmina somnos.

---

7 *sq. distinxi* 8 domans *scripsi*, domus *M*, Pisaeoque domus non a. anno *Markl.* 9 Non ipsam abnuerat telam *scripsi* (*illud* telam *qui inuenerat respuit Vollmer*), ipsa manu tenera tecum *M*, tectum ς, uisa manu tenera tectum *Gryphiana*, ipsa m. t. fertur *Barth*, ipsa datur tectum tenera struxisse *Baehrens*, ipsa m. tenera te uult scripsisse *Krohn*, ipsa m. t. tectum inscripsitne *Wachsmuth*, *lacunam post u. 9 statuit Dom.* 10 nunc *scripsi*, Tunc *M*, tum *Lindenbrog* 11 crocis *Schrader* odorem *Scriuerius* 14 lassus *Heins.* 16 ante *Bursian*, arte *M* 19 rediens fugit *olim temptabam* unda per umbras ς 22 ipsa autem *M*, *corr.* ς *Pol.* 21 lacteus *scripsi*, Saxeus *M*, uix suus *Markl.*, spumeus *Lenz* (*quo probato* saxosaque ponit *Sandstroem*), maximus (*i. uehementissimus*) *nos olim* 23 habentes *M*, *corr. Heins.*

litus utrumque domi, nec *iter* mitissimus amnis
diuidit: alternas seruant praetoria ripas,
non externa sibi (fluuio *ui*m *s*tare, queruntur).
Ses*t*iacos nunc Fama sinus pelagusque natatum
iactet et audaci uictos delphinas ephebo!
hic aeterna quies, nullis hic iura procellis,
numquam feruor aquis. datur hic transmittere uisus
et uoces et paene manus. sic Chalcid*e* fluctus
expellunt *Aulin* ? sic dissociata profundo
Bruttia Sicanium circumspicit ora Pelorum?
 Quid primum mediumue canam, quo fine quiescam?
auratas*n*e trabes an Mauros undique postes
an picturata lucentia marmora uena
mirer, an emissas per cuncta cubilia nymphas?
huc oculis, huc mente trahor. uenerabile dicam
lucorum senium? te, quae uada fluminis infra
cernis, an ad siluas quae respicis, aula, tacentis,
qua tibi t*u*ta quies offensaque turbine nullo
*n*ox silet et nigros *hor*tant*ur* murmura somnos?

---

24 iter *scripsi*, te *M* 26 fluuio uim stare *scripsi*, fluuiorum optare *M*, fluuiumue obstare *Dom.* [*hinc A'*], fluioue apstare *Baehrens* 27 Sesciacos *M*, *corr. m A* 31 Chalcide *scripsi*, calchida *M*, Chalcida *uulgatur* 32 Aulim *Vahlen* (Aulin *Schwartz*). fluuii *M*, reflui *Parrhas.* 32, 33 *interrogandi signa Phillimore posuit* 35 Auratasue *M*, Auratasque *a*, Auratasne *A* 37 lymphas *Ioann. Britannicus* 40 tacentis *offendit*, *cum* murmura *sequa/tur u. 42 (cf. Theb. X 93)*: *an* uirentis? 41 tuta *A*, tota *M a Dom.* ς, tota dies *Heins. fortasse recte*, qua subit alta quies *ipse olim temptabam* 42 Mox *M*, nox ς, *fuit cum* pax *conicerem* pigros *Peyrarède idemque praetulit Heins.* (*'tarde et difficulter uenientes'*), teneros *Markl.*, *an* riguos? *cf. Theb. II 144. V 199. VI 27. X 281. Silu. V 4, 16. Ach. I 621. 646* (*Hom. B 19.*

an quae graminea suscepta crepidine fumant
balnea et impositum ripis algentibus ignem?
quasque uaporiferis iunctus fornacibus amnis
ridet anhelantes uicino flumine Nymphas?

Vidi artes ueterumque manus uariisque metalla
uiua modis. labor est auri memorare figuras
aut ebur aut dignas digitis contingere gemmas,
quicquid et argento primum uel in aere minori
lusit et *inf*orm*ans* manus est experta colossos.
dum uagor aspectu uisusque per omnia duco,
calcabam necopinus opes. nam splendor ab alto
defluus et nitidum referentes aëra testae
monstrauere solum, uarias ubi picta per artes
gaudet humus superatque nouis asarota figuris:
expauere gradus.

Quid nunc i*u*ngen*t*ia mirer
aut quid partitis distantia tecta trichoris?
quid te, quae mediis seruata penatibus arbor

Ω *445. Fur. ap. Macrob. VI 1, 44. Lucr. IV 908. Verg. A. I 692. III 511. Lygd. 4. 81. Valer. Flacc. IV 15—17. VIII 81 s. Sil. Ital. X 356. Prud. Cathem. 6, 28. Claudian. XXI 309*) hortantur *scripsi* (*Silu. III 5, 22. IV 6, 56. V 1, 120. Theb. VII 798. X 116: 'primosque hortantia somnos... lumina'*), imitantia *uel* mutantia *M*, inuitant *Peyrarède Gronou. Heins. Bentl. Markl.*, mittentia *R. Vnger*, mittunt iam *Baehrens*, mulcentia *Owen* 43 suspensa *Madvig* 44 riuis *Baehrens* 45 quaque *M, corr. Polster* 46 frigore *Heins.* 47 Vidi *M*, <Q>uidue (*scil. 'canam'*) *Heins.* 48 labor modis *M, corr.* M^1 50 priuum *Heins.* 51 informans *scripsi*, enormes *M*, luserit enormi m. explorata colosso *Heins.*, lusit et enormes m. expertura c. *Phillimore*, lusit ut e. m. ederet arte c. *Korsch* 53 constrauere *Cornelissen* 56 superare *Markl.*, suberantque *nescioquis* 57 ingencia *M, corr. Dom.* 59 secreta ς *Heins.*

te*c*ta per et postes liquidas emergis in auras,
quo non sub domino saeuas passura bipennes?
at nunc ign*e* a*trae* forsan uel lubrica Nais
uel non abruptos *ti*bi de*b*et Hamadryas annos.
   Quid referam alternas gemino super aggere mensas
al*g*entesque lacus altosque in gurgite fontes
teque, per obliquum penitus quae laberis amnem,
Marcia, et audaci transcurris flumina plumbo,
ne solum Ioniis sub fluctibus Elidis amnem
dulcis ad Aetn*a*eos deducat semita portus?
*im*is ipse antris Anien e*t* fonte relicto
nocte sub ar*c*an*a*, glaucos exutus amictus
huc illuc fragili prosternit pectora musco,
aut ingens in stagna cadit uitreasque natatu
plaudit aquas. illa recubat Tiburnus in umbra,
illic sulpureos cupit Albula mergere crines;
haec domus Egeriae nemoralem *ab*iungere Phoeben
et Dryadum uiduare choris algentia possit

60 Testa *M*, tecta ς, tigna *Markl.* 62 at *Gronou.*, Et *M* igne atrae *scripsi*, ignaro *M*, ignarae ς *Heins.* 63 ubi *M*, *corr.* ς demet *MA**, *corr. Heins.* 64 alterno geminas s. a. nymphas *Markl.*, aeternas gemino s. a. uenas *conicias* 65 albentesque *M*, *corr. Heins.* (*Aduers. p. 547*) *et Markl.* aliosque *Bernaerts* 68 ne *Wakefield* (*Cat. 66, 59*), an *M* 70 imis *scripsi* (*Theb. IV 107 sq., IX 404, al.: cf. Silu. I 5, 17 sq.*), illis *M*, illic *Krohn* Anienem *M*, aniene in *a*, *corr. Pol.*, Anienus ς inlicis his a. Anienem et *Phillimore* 71 artano *M*, arcano *A*, *corr.* ς, noctis ubi arcano *Phillimore*, *at cf. Ouid. her. 9, 40. Stat. Theb. X 365, Ach. I 918* 74 recubet *Baehrens* Tiburnus *M*, tiburinus *a*, tiberinus *Pol.* (*idem* tiburnus *coniecerat*) 76 Egeria *Hand* (Egeriae nemore almam *Morel*) adiungere *M*, *corr.* ς *Pol.*

Ta*y*geta et siluis accersere Pana Lyc*a*eis.
quod ni templa darent alias Tirynthia sortes,
et Praenestinae poterant migrare sorores.
quid bifera Alcinoi laudem pomaria uosque,
qui numquam uacui prodistis in aethera, rami?
Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni
iugera Lucrinaeque domus litusque cruenti
Antiphatae, cedant uitreae iuga perfida Circes
Dulichiis ululata lupis arcesque superbae
Anxyris et sedes, Phrygio quas mitis alumno
debet anus; cedant, quae te iam solibus artis
*Ves*uia nimbosa reuocabunt litora bruma.
Scilicet hic illi meditantur † pondera mores,
hic premitur fecunda quies uirtusque serena
fronte grauis sanusque nitor luxuque carentes
deliciae, quas ipse suis digressus Athenis
mallet deserto senior Garget*ti*us horto;
haec per et Aegaeas hiemes *H*yadumque niuosum

---

78 Targeta *M*, *corr. m* 79 Tirynthia *M*, thirintia *a*, tirinthia *A* 84 Lucrinaeque *M*, lacinięque *a Dom.*, lucrinęque *et in mg.* lucrinę, *suprascr.* co. pog. *A** 89 Vesuia *scripsi*, Auia *M*, Daunia *uel* Apula *Heins.*, Antia *Markl.*, obuia *Postgate* 90 hic hilari miscentur pondere *Markl.*, hic hilares moderantur pondera *Burmann*, hic nulli meditantur *Madvig* (*'negat poeta ibi mores ad pondus et speciem quaesitam grauitatis componi'*), *contra uerbis* illi-mores *ipsum Vopiscum designari ait Vollmer, coll. IV 1, 25; idem* pondera *ita interpretatur, ut grauissima philosophorum placita intellegat* (*coll. Mart. IX 47, 7: 'sectarum causas et pondera nosti'*)*: mihi cum secus uideatur*, moderantur prospera *conicio* 92 sanusque genitor *M*, *corr.* ς 94 gargeticus *M*, carthetius *a*, gargetius *Dom.* (*A*: *cf. II 2, 113*) 95 plyadumque *M*, *corr. Heins.*

sidus et Oleniis dignum petiisse sub astris,
† si Maleae credenda ratis Siculosque per aestus
† sit uia: cur oculis sordet uicina voluptas?
hic tua Tiburtes Faunos chelys et iuuat ipsum
Alciden dictumque lyra maiore Catillum,
seu tibi Pindaricis animus contendere plectris
siue chelyn toll*a*s heroa ad robora siue
liuentem satiram nigra rubigine turbes
seu tua *Mae*nalia splendescat epistola cura.
Digne Midae Croesique *uad*is et Perside gaza,
macte bonis animi, cuius stagnantia rura
debuit et flauis Hermus transcurrere ripis
et limo splendente Tagus. sic docta frequentes
otia, sic omni dete*r*sus pectora nube
finem Nestoreae precor egrediare senectae.

IV.

SOTERIA RVTILI GALLICI.

Estis, io, superi, nec inexorabile Clot*h*o
uoluit opus, uidet alma pios Astraea Iouique

---

96 *an* sub hoedis? 97, 98 (sed Maleae — his uia, quorum oculis s. u. u.) *corrigendum arbitreris* 98 Voluptas *Polster, nomen esse uillae opinatus* 100 Că̆tillum *glossatori deberi uidit R. Vnger, idem* tyrannum *coniecit*, parentem *malim* 102 tollas *A'*, tollis *Ma*, tolles ς 103 uibres *Scriuerius Heinsiusque*, tingas *Markl.*, *sed* turbes *idem ualet quod* 'perturbes' (*'terrori sis malignarum satirarum scriptoribus'*) nigra satiram *transponendum uidetur* 104 Maenalia *scripsi*, non alia *M*, non ulla *Otto* 105 uadis *scripsi*, bonis *M* 107 riuis *Quicherat*
110 detersus *Heins.*, detectus *M* (*cf. Housman, Class. rev. XX 37*)

IV SOTERIA · RVTVLI · GALLICI *M*, SOTERIA RVTILII GALLICI *A*
1 cloto *M*, *corr.* ς

conciliat! *gr*adit(*ur*) dubitataque sidera cernit
Gallicus. e*s* caelo, *mitis* Germanice, cordi
(quis neget?): erubuit tanto spoliare ministro
imperium Fortuna tuum. stat proxima ceruix
ponderis immensi damnosaque fila senectae
exuit atque alios melior reuirescit in annos.
ergo alacres quae signa colunt urbana cohortes
inque sinum quae saepe tuum fora turbida questu(*m*)
confugiunt leges, urbesque ubicumque *t*ogatae
quae tua longinquis implorant iura querelis,
cert*e*nt laetitia, noste*r*que ex ordine collis
confremat et sileant peioris murmura famae!
quippe manet longumque aeuo redeunte manebit
quem penes intrepidae mitis custodia Romae.
nec tantum induerint fatis noua saecula crimen
aut instaurati peccauerit ara Tarenti.
    Ast ego nec Phoebum, quamquam mihi surda sine illo
plectra, nec Aonias decima cum Pallade diuas
aut mitem Tegeae Dircesue hortabor alumnum:
ipse ueni uiresque nouas animumque ministra,
qui caneris; docto nec enim sine numine *laur*us

3 Conciliata radit *M* (redit *m*), conciliat. uiuit *Nic. Hopf*, conciliat. credit *Hemsterhuys*, conciliat. uadit *Buecheler*, conciliat. graditur *scripsi* (*cf. u. 6: 'stat'*) 4 es ς, et *M* mitis *scripsi*, diues *Ma*, dis es ς *Dom.*, diue es *Pol.*, Diti es *Postgate*, cleme(n)s *Korsch* 6 tuā *M*, *corr. m* 10 questu *M*, *corr. Markl.* 11 leges *M*, gentes *Polster* ubi quaeque *Gronou.* (*coll. Verg. A. VII 400*) rogatae *MA*, *corr.* ς *a*
13 Certant *M*, *corr.* ς nosteque *Ma*, *corr.* ς *Dom.*, *inde A'* 15 manent *M*, *corr.* ς *Pol.* 17 indiderint fastis *Morel*, adnuerint fatis *uel* induerint fati *Heins.* 23 quis *MA* a*, *corr.* ς *Dom.* numine *MA**, carmine ς*a* laurus *reposui*, tan-

Ausoniae decora ampla togae Centumque dedisti
iudicium mentemque Viris. licet enthea uatis
excludat Piplea sitim nec conscia detur
Pirene: largos po*sit*us mihi gurges in haustus
qui rapitur de fonte tuo, seu plana solutis
co(*n*)struis orsa modis *siue hanc* tibi dulcis in artem
frangitur et nostras curat facundia leges.
quare age, si Cereri sua dona merumque Ly*a*eo
reddimus et diues praedae tamen accipit omni
exuuias Diana tholo captiuaque tela
Bellipotens: nec tu, quando tibi, Gallice, maius
eloquium fandique opibus sublimis abundas,
sperne coli tenuiore lyra. uaga cingitur astris
luna, et in Oceanum riui cecidere minores.
  Quae tibi sollicitus persoluit praemia morum
Vrbis amor! quae tum patrumque equitumque notaui
lumina et ignarae plebis lugere potentes!
non la*m*ent*a* Numa*e* t*ulera*t sic Curia felix
Pompeio nec celsus eques nec femina Bruto.
hoc illud: tristis inuitum audire catenas,
parcere uerberibus nec qua iubet alta potestas
ire, sed armatas multum sibi demere uires

---

tus *MA*, cantus *ςa*, tantis *Hirschfeld*, laurus Ausoniae *(gen.) dictum, ut 'Dauniae Camenae' sim.* 24 rogae *M,corr.ςm* (togae *datiu. est)* certumque *Hirschfeld* 25 uati *Heins.* 26 piplea *Ma*, pīplea *Dom. Pol.*, Pimplea *uulgo* 27 positus *scripsi*, potius *M*, potior *N. Faber* 29 construis *m*, Cui struis *M*, Quom struis *Dom. A'*, qua struis *Heins.* siue hanc *scripsi*, seu quam *M*, seu quom *m A'*, seu qua *Heins.* artum *Barth* 34 quamquam *Heins. itemque Bentl.* 40 potentes *MA* Dom.*, potentis *a* 41 lamenta Numae tulerat *scripsi*, labente Numa timuit *M*, maduit s. C. fletu *Heins.*, Curia uel sic *idem*

dignarique manus humilis et uerba precantum,
reddere iura foro nec proturbare curules
et ferrum mulcere toga. sic itur in alta
pectora, sic mixto reuerentia *fleu*it amore.
Ipsa etiam cunctos grauis inclementia fati
terruit et subiti praeceps iuuenile pericli,
nil cunctante malo. non illud culpa senectae
(quippe ea bissenis uixdum orsa excedere lustris);
sed labor intendens animique in membra uigentis
imperium uigilesque suo pro Caesare curae
dulce opus: hinc fessos penitus subrepsit in artus
insidiosa quies et pigra obliuio uitae.
tunc deus, Alpini qui iuxta culmina dorsi
signat Apollineos sancto cognomine lucos,
respicit, heu tanti pridem securus alumni,
*exo*susque moras: '*n*unc mecum, Epidauria proles,
hinc' a*i*t 'i gaudens: datur aggredienda facultas
ingentem recreare uirum. teneamus adorti
tend*en*tis iam fila colos; ne fulminis atri
sit metus: has ultro lauda*b*it Iuppiter artes.

---

49 fleuit amore *scripsi*, fidit amori *M*, sidit amore *Bentl.*, se dat amore *Markl.* 51 iuuenile *M*, inmane ς (*Iuuen. X 107*), praeceps hiemale (*h. e. 'impetus uehementissimus'*) *temptabam* 55 uigilisque *Gronou.* *caue post* curae *interpungas* (*nempe iungendum: 'labor imperium curae tibi fuere dulce opus'*) 59 apollineos $\overline{\text{sco}}$ *M*, Apollineo sanctos *Markl.* 60 pridem ς *Dom.*, precidem *MA**, pretium *m in mg.* 61 exosusque *scripsi*, Progressusque *M*, praegressusque ς *m*, perpessusque *Markl.*, pertaesusque *Schrader*, egressusque *Baehrens*, praecidensque *Housman*, progressusque morans *Dom.* hunc *M*, *corr. m* 62 alti gaudens *M*, ait, en (gaude) *Heins.*, ait i gaudens *Bursian* 64 Tendatis *M*, *corr. Markl.* colus *Pol.* ne *MA*, nec *m Pol.* 65 laudauit *M*,

nam neque p*l*ebeiam aut dextro sine numine cretam
seruo animam. atque adeo breuiter, dum tecta subimus,
expediam. genus ipse suis p*rae*missaque retro
nobilitas; nec origo latet, sed luce sequente
uincitur et magno gaudet cessisse nepoti.
prima togae uirtus: *Tu*lli quoque clarus et ingens
eloquio; mox innumeris exercita castris
occiduas primasque domos, et sole sub omni
⟨*armiferae quaecumque duci plaga subdita Romae,*⟩
permeruit iurata manus, nec in otia pacis
permissum laxare animos ferrumque recingi.
hunc Galatea † uigens ausa est incessere bello †
(me quoque) per*que* nouem timuit Pamphylia messes
Pannoniusque ferox arcuque horrenda fugaci
Armenia et patiens Latii iam pontis Araxes.
quid geminos fasces magnaeque iterata reuoluam
iura Asiae? uelit illa quidem ter habere quaterque
hunc sibi, sed reuocant fasti maiorque curulis
nec p*er*missa semel. Libyci quid mira tributi
obsequia et missum media de pace triumphum

---

corr. ς, laudarit *Dom.* 66 phebeiam *M, corr.* ς *a*, phębeam *A** 67 adeo breuiter atque *M, corr. m* 68 permissaque *M, corr.* ς *Pol.*

69 nobilitat *Sandstroem (coll. Sidon. c. 7, 162), idem* praemissaque *gen. neutro* 71 Tulli *scripsi*, illi *M*, illa ς, illic *Peyrarède*, lingua *Markl.*, illi, quo cl. et ing. Eloquium *Phillimore* 72 exercitia *M, corr. m* 73 occiduae primaeque domus *Guyet*, *tu* permeruit *pro 'meruit per' positum accipias* (*cf. Theb. IV 389*)

73a *e. g. suppleui, lacunam Housman agnouerat; idem* sole sub omni ⟨effusos pelagi tractus terrasque patentes⟩ permeruit *coniecerat*

75 retingi *MA, corr.* ς *a*, 76 ingens *a*, Galatum ira ingens *R. Vnger*, Galatae uis ense a. e. i. bellax *conieci* 77 per *M, corr. m. Pol.* tenuit *Parm.* 83 promissa *MA, corr. Parm.*

laudem? et opes tantas nec qui mandauerat ausus
expectare fuit, ⟨*nostrae nec praemia laurus*⟩
attollam cantu: gaudet Tras*u*mennus et Alpes 86*
Cannensesque animae, primusque insigne tributum
p(*ro*)sp*ectans* lac*er*a *gli*scebat Regulus umbra. 88
non uacat Arctoas acies Rhenumque rebellem
captiuaeque preces Vel*e*dae et, quae maxima nuper
gloria, depositam Dacis pereuntibus Vrbem
pandere, cum tanti lectus rectoris habenas, 92
Gallice, Fortuna non admirante subisti.
*h*unc igitur, si digna loquor, rapiemus iniquo,

---

86 Expectare fuit gaudet thrasymennus et alpes *M*, *uerba* gaudet t. et a. *ex u. sequenti inrepsisse Alfredus Klotz intellexit. tenendum autem, hac dittographia Poggiani libri archetypum iam laborasse. supplementum e. g. contexui* (*ornamenta triumphalia decreta esse Gallico, non incredibile uidetur*) 86* At tollam *M*, thrasymennus *M* 'hic uersus deest i(n) libro uetustissimo poggij qui e germania in italia(m) e(st) relatus' *A**: *omiserat igitur propter* ὁμοιοτέλευτον *hexametrum Poggiani codicis librarius, omissum, errore animaduerso, in margine adscripsit. defectum illum, signis adpositis admonitus, scriba libri M* (*c. a. 1430*) *attendit: itaque pristinae sedi uersiculum reddidit, exstatque is in M post uersum 86. receptus est ex M in FBR Mentel.* (*uidesis commentar.*) *edd. a Parm. Dom.: anno demum 1494 codicem Poggianum cum editionis principis exemplo suo Angelus Politianus contulit, cumque uerba* attollam c. g. t. e. alpes, *libri marginibus dudum auulsis, non amplius comparerent, uersum illum se non inuenisse adnotauit* 88 ͵pspectans *scripsi*, ipse palam *M* la&a *M*, laeta *A*, latea *a*, lacera ς, *unde *A' in mg.* poscebat *M*, noscebat *Baehrens*, gliscebat *scripsi* (*Theb. VIII 755 sq.*: '*Spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis Lumina torua uidens*') 90 ueledae *Dom.*, uel dae *MA** 92 lectu *Bernaerts* 93 aduersante *Markl.*, adspirante *Hirschfeld, at cf. Prop. II 17, 11* 94 Hunc *A*, Nunc *M* rapiamus ς

nate, Ioui. rogat hoc Latiae pater inclitus urbis
et meruit; neque enim frustra mihi nuper honora
carmina patricio pueri sonuistis in ostro.
si qua salutifero gemini Chironis in antro
herba, tholo quodcumque tibi Troiana recondit
Pergamus aut medicis felix Epidaurus harenis
educat, Id*a*ea profert quam Creta sub umbra
Dictamni florentis opem, quoque anguis abundat
spumatu<*m celera, tunc ambrosiam panaceam*
misceto>: iungam ipse manus atque omne benigne
uirus, odoriferis Arabum quod doctus in aruis
aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi'.
Dixerat. inueniunt positos iam segniter artus
pugnantemque animam; ritu se cingit uterque
Paeonio monstrantque simul parentque uolentes,
donec letiferas uario medicamine pestes
et suspecta mali ruperunt nubila somni.
adiuuat ipse deos morboque ualentior omni
occupat auxilium. citius non arte refectus
Telephus H*a*emonia, nec quae metuentis Atridae
saeua Machaonio coierunt uulnera suco.
Quis mihi tot coetus inter populique patrumque
si*t* curae uotique locus? tamen (ardua testor

---

99 Verba *M, corr. m Pol.* quamcumque *Barth* 103 *lacunam e. g. expleui coll. Verg. A. XII 411—419* manu fausta *nescioquis* benignum *Lindenbrog* 105 carpsit *M, corr. Dom.* 108 Poenio *M, corr.* ς *(Verg. A. XII 400)* 110 rupuerunt *M, corr. m* 111 ualentius *Heins.* 112 aste *M, corr.* ς, aere—Haemonio *Bernaerts* 113 nequae *M, corr.* ς 115 questus *Markl., an* ge(m)itus? 116 Sic *M, corr.* ς *Pol.* 116—120 *distinxi*

sidera teque, pater uatum T*h*ymbr*ae*e) quis omni
luce mihi, quis nocte timor, dum postibus haere*ns*
assiduus nunc aure uigil nunc lumine cuncta
au*cup*or! immensae ueluti conexa carinae
cumba minor, cum saeuit hiems, pro parte furentis
parua receptat aquas et eodem uoluitur Austro.

Nectite nunc laetae candentia fila, sorores,
nectite! nemo modum transmissi computet aeui:
hic uitae natalis erit. tu Troica dignus
saecula et Euboici transcendere pulueris annos
Nestoreosque situs. qua nunc tibi pauper acerra
digna litem? nec si uacuet Meuania ualles
*u*t pr*ae*stent niueos Clitumna noualia tauros,
sufficiam. sed saepe deis hos inter honores
caespes et exiguo placuerunt farra salino.

V.

BALNEVM CLAV*D*II ETRVSCI.

Non Helicona graui pulsat chelys ent*h*ea plectro,
nec lassata uoco totiens mihi numina, Musas;
et te, Phoebe, choris et te dimittimus, Euhan,
tu quoque muta fer*ae*, uolucer Tege*ae*e, sonor*ae*
terga premas: alios poscunt mea carmina coetus.

---

117 omnis *M, corr.* ς 118 haeret *M, corr.* ς *Pol.* 120 aucupor *Heins.*, Auguror *Ma(tacente Politiano)* 121 Cumba *M*, Cy̆mba *A* (Tymbra *a*) 129 ut *scripsi*, Aut *M*

V BALNEVM · CLAVOII · ETRVSCI *M*, Balneum claudii Etrusci *A*, *conf. loc. Sidonii ad I 3 tit. laudat.* 4 tegees honore *Ma*, *corr.* ς *Pol.*

Naidas, undarum dominas, regemque corusci
ignis adhuc fessum Siculaque incude rubentem
elicuisse satis. paulum arma nocentia, Thebae,
ponite: dilecto uolo lasciuire sodali.
iunge, puer, cyat*h*os (*besem* numerare labora!)
cunctantemque intende chelyn; discede Laborque
Curaque, dum nitidis canimus gemmantia saxis
balnea dumque procax uittis hederisque, soluta
fronde uerecund*a*, Clio mea ludit Etrusco.
  Ite, deae uirides, liquidosque a*d*uertite uultus
et uitreum teneris crinem red*im*ite corymbis,
ueste nihil tectae: quales emergitis altis
fontibus et uisu Satyros torquetis amantes.
non uos, quae culpa decus infamastis aquarum,
sollicitare iuuat: procul hinc et fonte doloso
Salmacis et uiduae Cebre*n*idos arida luctu
flumina et Herculei praedatrix cedat alumni.
uos mihi, quae Latium septenaque culmina, Nymphae,
incolitis Thybrimque nouis attollitis undis,
quas praeceps Anien atque exceptura natatus
Virgo iuuat Marsasque niues et frigora ducens
Marcia, praecelsis quarum uaga molibus unda
crescit et innumero pendens transmittitur arcu—:
uestrum opus aggredimur, uestra est, quam carmine molli
pando, domus.

10 besem numerare *scripsi*, et enumerare *M*, atque enumer. *m*, sed ne numer. *Scriuerius*, atque annumer. *Heins.*, octo numer. *Sandstroem* 11 incende *M, corr.* ς 14 uerecundo *M, corr* *Baehrens* 15 auertite *MA, corr.* ς *Pol.*, a uertice *a* 16 redeunte *M, corr. m* 21 Sal magis *M, corr. m* crebre cuidos *M*, crebenidos *Dom. A, corr.* ς

non umquam aliis habitastis in antris
ditius. ipsa manus tenuit Cytherea mariti
monstrauitque artes; neu uilis flamma caminos
ureret, ipsa faces uolucrum succendit Amorum.
non huc admissae Thasos aut undosa Car*y*stos;
maeret onyx longe, queriturque exclusus o*phite*s:
sola nitet flauis Nomadum decisa metallis
⟨*durities, sola Aethiopum de monte reuulsa*⟩
purpura, sola *pare(n)s*, Phrygiae quam Synnados antro
ipse cruentauit maculis lucentibus Attis,
concha *Pa*ri niueas secat *ut* Sidonia rupes.
uix locus Eurotae, uiridis cum regula longo
Synnada distinctu uariat. non limina cessant,
effulgent camerae, *Ph*ario fastigia uitro
in species anim*ante* nitent. stupet ipse beatas
circumplexus opes et parcius imperat ignis.
multus ubique dies radiis *ti*bi culmina totis
perforat atque alio sol improbus urit *in* aestu.

---

34 charistos *M, corr.* ϛ   35 oficis *M, corr.* ϛ   36 nitent *et* 37 marmora *Postgate*   36ª *e · g · inserui, lacunam Housman statuerat*   37 sola cauo *M*, sola parens *scripsi (V 3, 87 Niobam 'Phrygium silicem' dicit)*, sola acies *temptaueram (Verg. G. I 395)*   38 liuentibus *Pol.*   39 ⟨c⟩onc(h)a Pari—ut *scripsi*, Quoque tiri—et *M*, Quęque Tyri *Pol.*, quasque Tyrus *(Dom.)* uena secat e Sidonide *Heins.*, quamque Paros niueam *Postgate*   41 distinctum *M, corr.* ϛ *Pol.*   lumina ϛ, lumine casso *Heins.*   42 Phario *scripsi*, uario *M (cf. u. 41)*, uarias *Heins.*   43 animante *scripsi*: *auditur acc. 'ca' (III 2, 110)*, animoque *MA**, animosque ϛ *Dom.*, animosa *Heins.*, animata *Markl. (coll. Theb. VI 249)*, auroque *Queck*   44 parcus temperat *Heins.*   45 *uirgulam post* dies *sustuli*   tibi *scripsi*, ubi *M*, ceu *Heins.*   46 uritur *M*, urat in *Heins.*, urit in *scripsi (neque sol 'improbus'*

nil ibi plebeium; nusquam Te*mesae*a notabis
aera, sed argento felix propellitur unda
argentoque cadit labrisque nitentibus instat
delicias mirata suas et abire recusat.
extra autem niueo qui margine caerulus amnis
uiuit et in fundum summo patet omnis ab im*b*⟨*ri*⟩
cui non ire lacu pigrosque exsoluere amictus
suadeat? hoc mallet nasci Cytherea profundo,
hic te perspicuum melius, Narcisse, uideres,
hic uelox Hecate uelit et deprensa lauari.
quid nunc strata solo referam tabulata crepantis
auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat
aedibus et tenuem uoluunt *h*ypocausta uaporem?
nec si Baianis ueniat nouus hospes ab oris,
talia d*e*spici*at* (fas sit componere magnis
parua), Neronea nec qui modo lotus in unda,
hic iterum sudare neget. macte, oro, nitenti
ingenio curaque puer! tecum ista senescant
et tua iam melius discat fortuna renasci.

---

calefaciendi ui caret, neque 'uritur' illud loco Theb. IV 665 uindicatur, cum non 'solem', sed 'molem radiis ignescere ferri' Statius dicat exercitumque intellegat) 47 tenuinessa *M*, *corr.* ς, Sinuessa *Ellis* 50 imitata *Parm.* 52 imbri *scripsi*, imo *M*, in summum fundo patet omnis ab imo ς, ab summo fundum p. o. in imum *Baehrens*, in fundum summa p. o. ab unda *Krohn*, in f. nisu p. o. ab uno *Phillimore* 56 tubulata *W. A. Becker*
61 dispiciet *M*, *corr.* ς 63 ore *Baehrens* 64 ingenii *Baehrens* ingenio cultuque *Markl.* 65 melior *Auantius*, iam in melius *Markl.*, *mox ipse reiecit (cf. tamen IV 4, 82. Theb. IV 43. Verg. A. I 623. X 19 al.)*

VI.

KALENDAE DECEMBRES.

Et Phoebus pater et seuera Pallas
et Musae procul ite feriatae:
Iani uos reuocabimus Kalendis.
Saturnus mihi compede exsoluta
et multo grauidus mero December
et ridens Iocus et Sales proterui
adsint, dum refero diem beatum
laeti Caesaris ebri*u*mque *uatem.*
Vix Aurora nouos *m*ouebat ortus,
iam *b*ellaria linea pluebant
(hunc rorem ueniens profudit Eurus):
qui*c*quid nobile Ponticis nucetis
fecundis cadit aut iugis Idymes,
quod ramis pia germinat Damascos
et quo*d* percoquit a*x*e *t*os*t*a Caunos,

VI Decembris Kalendę *a (tac. A)* 2 feriatum *Domit.* 3 Iam *M, corr.* ς 7 beatam ς 8 ebriumque uatem *scripsi,* ebriamque parcen *M,* parthen *a,* pando *Dom., de A* non liquet (Engelmann* p////// *dispiciebat),* pacem ς *(nempe, feminarum pumilorumque pugnis peractis, subsecutam esse potationem 'noctis propioribus sub umbris') Pol.,* noctem *Ric. Thomson,* Romam *Bentl.,* brumam *R. Vnger,* heorten *Saftien (at toto in carmine bis eliditur)* 9 uouebat *M, corr. m* 10 uellaria *M,* uelaria *a,* bellaria *Dom.,* velaria *'A** linea *ex* borea *M,* borea *a,* adorea *Dom.,* linea *A** 11 nec *Baehrens* 1 eous *M*[1] *in mg.,* Eos *Markl.* 12 Quitquid *MA,* Quicquid *a* 13 idymes *M,* hidumes *m,* idumnes *a,* idumes *'A (cf. Klotz praef. p. LXXXIV sq.)*

15 quo *MA,* quod ς *a* percoquit *MA,* praecoquit ς *a, an* aequo uel coquit? axe tosta *scripsi (III 1, 52; 'percoquit—*

largis gratuitum cad*i*t rapinis;
molles gaioli lu*c*untulique,
et massis Amerin*a* non perust*is*
et mustaceus et latente palma
praegnantes caryotides cadebant.
non tantis Hyas inserena nimbis
terras obruit aut soluta Plias,
qualis per cuneos hiems Latinos
plebem grandine contudit serena.
ducat nubila Iuppiter per orbem
et latis pluuias minetur agris,
dum nostri Iouis hi ferantur imbres.
  Ecce autem caueas subit per omnis
insignis specie, decora cultu
plebes altera non minor sedente.
hi panaria candidasque mappas
subuectant epulasque lautiores;
illi marcida uina largiuntur:
Idaeos totidem putes ministros.

---

tosta', ut ibid. u. 53: 'ictusque Hyperione ...incendit'), aebosia *M*, aestuosa *Imhof*, Imbros atque *R. Vnger* caunos *M*, caunas *Saumaise*, caunis *Markl.*, Ebosita cannis *Geuaerts (versu claudicante)*, arbor Inda cannas *Ellis*, arcibus Zacynthos *Phillimore*
16 cadet *Ma*, cadit ς *Dom. (laud. Pol.)*, patet *Heins.* 17 gaioli *Ma*, caioli *Pol.*, caseoli ς luguntulique *M*, lucunculique *Turnèbe*, lucuntulique *Buecheler* 18 passis *Dan. Heinsius* perustus *MA*, *corr.* ς *a* 20 Praegnates *M*, Pręgrandes ς *a*, pregnātes *A** caria(ti)des *M*, *corr.* ς 23 quali *Markl.*
24 concudit *M*, *corr.* ς, concutit ς serenam *M*, *corr. N. Heins.*, sedentem *Markl.* 26 laetis *Morel* Pluuius *Phillimore*
27 hic *Wachsmuth* 29 species *M*, *corr.* ς *Pol.* 33 Massica *Markl.*, *coll. Plin. n. h. XIV 97*

orbem, qua melior seueriorque est,
et gentes alis insemel togatas:
et cum *tu* populos, beat*e*, pascas,
hunc Annona diem superba nescit.
i nunc saecula compara, Vetustas,
antiqui Iouis aureumque tempus:
non sic libera uina tunc fluebant
nec tardum seges occupabat annum.
una uescitur omnis ordo mensa,
par ui*r* femina, plebs eques senatus:
libertas reuerentiam remisit.
et tu quin etiam (quis hoc uocar*i*,
quis promittere possit hoc deorum?)
nobiscum socias dapes inisti.
iam se, quisquis is est inops, beatus
conuiuam ducis esse gloriatur.
Hos inter fremitus nouosque luxus
spectandi leuis effugit uoluptas:
stat, sexus rudis insciusque ferri
ut pugnas capit improbus uiriles.
credas ad Tanain ferumque Phasim
Thermodontiacas calere turmas.

---

36 insemel *MA*, insimul ς 37 tu *scripsi*, tot *M* beate *Hess et Lafaye*, beata *M* 38 nescit *Ma*, nescis ς *Dom.* (*laud. Pol.*) 41 ubera *Cornelissen* 42 tantum *Markl.* (*coll. Theb. IV 710, Lucan. III 70, Mart. XII 57, 22*) aruum *Baehrens* 43 uescimur ς 44 Parui *M, corr. Havet* 46 uocare *M, corr. Ettig*, rogare ς 52 spectanti *Heins.* affuit *Baehrens* 52—53 *distinxi: 'stat', i. e. fugere desinit spectandi uoluptas, ut primum feminarum pugna incipit*

hic audax subit ordo pumilorum,
quos natura breuis statim peracta
nodosum semel in globum ligauit.
edunt uulnera conseruntque dextras
et mortem sibi (qua manu!) minantur.
ridet Mars pater et cruenta Virtus
casuraeque uagis grues rapinis
mirantur pu*g*il*e*s ferociores.

Iam noctis propioribus sub umbris
diues sparsio quos agit tumultus!
hic intrant faciles emi puellae,
hic agnoscitur omne quod theatris
aut forma placet aut probatur arte.
hoc plaudunt grege Lydiae t*u*mentes,
illic cymbala tinnulaeque Gades,
illic agmina confremunt Syrorum,
hic plebs scenica quique comminutis
permutant uitreis gregale sulpur.

Inter quae subito cadunt uolatu
immensae uolucrum per astra nubes,
qu*i*s Nilus sca*te*t horridusque Phasis,

57 his *Bernaerts*, hinc *Gronou.* 58 breui statu peracto *Ald.* peractos *Gronou.* 59 nimis? 61 quam *M, corr. Auantius* 62 Virgo *Cornelissen, Bellonam intellegens, at cf. Theb. XI 412, VII 51, Sil. Ital. XV 40* 64 pugiles *Wachsmuth*, pumilos *M, refragante metro,* mutilos *R. Vnger (Prop. IV 8, 41 s.)* 66 *post u. 78 praeter necessitatem transponit Brandes* 67 *et* 68 hic *M,* nunc *malim* 70 ludiae *Scaliger* timentes *M, corr. ς Dom.* 71 illo *Markl.* tinnulaeque *M,* tynniculęque *a,* tynnulęque *A* 72 Syrarum *Cornelissen* 75 quos *Stange* 77 quis—scatet *scripsi,* Quas—sacer *M, lacunam post h. u. statuit Wachsmuth (idem* quas Ganges lauat ac palus

quas udo Numidae legunt sub Austro.
desunt qui rapiant sinusque pleni
gaudent, dum noua lucra comparantur.
tollunt innumeras ad astra uoces
'Saturnalia principis' sonantes
et dulci 'dominum' fauore clamant:
hoc solum uetuit licere Caesar.
  Vixdum caerula Nox subibat orbem,
descendit media nitens harena
densas flammeus orbis inter umbras
uincens Gnosiacae facem coronae.
conlucet polus ignibus nihilque
obscurae patitur licere nocti.
fugit pigra Quies, inersque Somnus
haec cernens alias abît in urbes.
quis spectacula, quis iocos licentes,
quis conuiuia, quis dapes inemptas,
largi flumina quis canat Ly*a*ei?

Scytharum *supplet)* 78 austro *MA*, astro *a* 79 sinus *accusatiu. est, quod monendum propter* gaudent *(u. 80)* 85 nox *uulgo*, Nox *scripsi, coll. Theb. I 498 sqq., II 60. 527 sq., VI 27, X 84 (similiter Quinto Smyrn. III 514* κυανέη Νύξ *restituendum)* 86 escendit *Stange*, ascendit *malim (Vitruu. X 19, 3: 'Diades scriptis suis ostendit se inuenisse ...ascendentem machinam' eqs.)* 89 tholus *conieci; certe ingens ille lychnuchus quin ad concamerationis alicuius in tempus erectae tignum suspensus et fune ductario subleuatus fuerit, dubitare noli (Lucr. V 295. Plin. n. h. XXXIV 14. Sidon. epist. IX carm. 2, 46—49); neque facile dicas, quo alio artificio ignes ipsi a uentis pluuiaque defendi potuerint* 90 obscurae ...matri? *(Tibull. II 1, 87 sq., Orph. h. 3, 1; cf. Bruchmann, epith. deor. p. 183)* 95 lycei *M, corr.* ς

iam iam deficie(*n*)*s* *litar*e Baccho
in serum trahor ebrius soporem.
  Quos ibit procul hic dies per annos!
quam nullo sacer exolescet aeuo,
dum montes Latii paterque T*h*ybris,
dum stabit tua Roma dumque terris
quod reddis Capitolium manebit!

---

96 deficiens litare *scripsi (Paneg. Mess. 191. Germ. Ar. 260. Sil. It. III 111 sq. XIII 359: cf. Prop. I 8, 23),* deficio tuaque *M,* tuoque ς, tuaque, Bacche, Vi serum in *Baehrens, elisione temere admissa (uid. adn. ad. u. 8);* tuaque, Bacche *probauit Krohn, huc u. 52 relegato, quem iam Markl. uel eiciendum uel transponendum esse censuerat: frustra, nam u. 52 interpunctione mutata uindicauimus, uersiculi autem 96 et 97 nequaquam sunt diiungendi, cum e loci Propertiani I 3, 9 sq. imitatione profluxerint*

Subscriptio libri I in M haec est: P · PAPINI · STATII | SILVARVM · LIBER · PRIMVS · EXPL · INCIP · LIB II ·

P. PAPINI STATI

S I L V A R V M

LIBER II.

STATIVS MELIORI SVO SALVTEM.

1 Et familiaritas nostra qua gaudeo, Melior, uir optime nec minus in iudicio litterarum quam in omni uitae colore tersissime, et ipsa opusculorum quae tibi trado condicio sic posita est ut totus hic a*d t*e liber meus etiam sine epistola spectet.

2 Primum enim habet Glauciam nostrum, cuius gratissima infantia et qualem plerumque infelices sortiuntur † apud te complexus amabam iam non tibi †. huius amissi recens uulnus, ut scis, epicedio prosecutus sum adeo festinanter ut excusandam habuerim affectibus tuis celeritatem. nec nunc eam

II. SALVTEM *M*, SAL. *A*

EPIST. 5 ad te *Vollmer*, altae *M*, alter ς *a*, alte *A* expectet *M*, ad te spectet *Baehrens* 7 gratissimam infantiam ς 8 amabam *MA* iam uero ς cuius g. infantia... (r)apuit te, complexus placabant animos tibi *temptabam, coll. II 1, 56—59* (complexus *illud pro nominat. plur. accipiendum esse, in commentatione a. 1903 edita exposui)*

apud te iacto, qui nosti, sed et ceteris indico, ne
quis asperiore lima carmen examinet et a confuso
scriptum et dolenti datum, cum paene superuacua
3 sint tarda solacia. Polli mei uilla Surrentina
quae sequitur, debuit a me uel in honore*m* eloquen-
tiae eius diligentius dici, sed amicus ignouit. in
arborem certe tuam, Melior, et psittacum scis a
me leues libellos quasi epigrammatis loco scriptos.
eandem exigebat stili facilitatem leo mansuetus,
quem in amphitheatro prostratum frigidum erat
sacratissimo Imperatori ni statim traderem.
4 Ad Vrsum quoque nostrum, iuuenem candidissi-
mum et sine iactura desidiae doctissimum, scriptam
de amisso puero consolationem super ea quae ipsi
de*beo* huic libro libenter inserui, quia honorem
5 eius tibi laturus accepto *est*. Cludit uolumen
genethliacon Lucani, quod Polla Argentaria, raris-
sima uxorum, cum hunc diem forte conc*e*le<*bra*>re-
mus, imputari sibi uoluit. ego non potui maiorem
tanti auctoris habere reuerentiam quam quod laudes
6 eius dicturus hexametros meos timui. Haec
qualiacumque sunt, Melior carissime, si tibi non

---

12 I udico *Ma*, indico *M*²*A* 15 solatia *A* (sollatia *a*) 16 honore *M*, *corr.* ς 20 agilitatem *Cornelissen* 22 tradere *Barth* 26 dehec *M*, deh /// *A**, *corr.* ς libenter *M*, *om. a*, *add. A* 27 acceptum (ς) est. Cludit *Madvig*, accepto Excludit *M*, laturus est acceptum. Excl. *Markl.* 28 *sq.* rarissima (r *exp. et* c *suprascr. M*²) uxorum *M*, carissima uxor *a*, rarissima uxorū *A* 29 concelebraremus *scripsi*, consuleremus *M*, consideremus *a*, consideraremus *Dom.*, Consuleremus *A**, consecraremus *Auant.*, coleremus *Skutsch*, una coleremus *Postgate* 30 maiorem *MA*, *om. a*

displicuerint, a te publicum accipiant; si minus, ad me reuertantur.

I.

GLAVCIAS.

Quod tibi praerepti, Melior, solamen alumni
improbus ante rogos et adhuc uiuente fauilla
ordiar? abruptis etiam nunc flebile uenis
uulnus hiat magnaeque patet uia lubrica plagae,
cum iam egomet cantus et uerba medentia saeuus
con*f*ero. tu planctus lamentaque fortia ma*ui*s
odistique chelyn surdaque auerteris aure.
intempesta cano: citius me tigris abactis
fetibus orbatique uelint audire leones.
nec si tergeminum Sicula de uirgine carmen
affluat *a*ut siluis chelys intellecta ferisque,
mulceat insanos gemitus. stat pectore demens
luctus et admoto latrant praecordia tactu.

Nemo uetat: satiare malis aegrumque dolorem
libertate doma. iam flendi expleta uoluptas
iamque preces fessus non indignaris amicas?
iamne canam? lacrimis en et mea carmin*e* in ipso

---

34 si minus *M*, Sĩ minus *A'* (Summi *a*)

I GLAVCIAS ATEDII MELIORIS DELICATVS *M itemque A, nisi quod* dedicatus *A' (ex Dom.); cf. Vollmer p. 208* 4—6 *distinx. Vollmer, uulgabatur:* plagae. cum—confero, tu 6 confero *a*, consero *M* manus *M*, mauis *M²* 11 ut *M*, *corr.* ς 16 Iamne *Pol.* 17 *sq.* carmina—Orc *M, corr. Friederich*

or*a* natant tristesque cadunt in uerba liturae.
ipse etenim tecum nigrae sollemnia pompae
spectatumque Vrbi scelus et puerile feretrum
produxi: saeuos damnat*i* turis aceruos
plorantemque animam supra sua funera uidi,
teque patrum gemitus superantem et brachia matrum
complexumque rogos ignemque haurire parantem
uix tenui similis comes offendique tenendo.
et nunc, heu, uittis et frontis honore soluto
infaustus uates uersa mea pectora tecum
plango lyra: *fletus* comitem sociumque doloris,
si merui luctusque tui consortia sensi,
iam lenis patiare precor. *me* fulmine in ipso
audiuere patres, ego iuxta busta profusis
matribus at*que* piis cecini solacia natis
et mihi, cum proprios gemerem defectus ad ignes
(quem, Natura!) patrem. nec t*e* lugere seuerus
arceo, sed confer gemitus pariterque fleamus.
  Iamdudum dignos aditus laudumque tuarum,
o merito dilecte puer, primordia quaerens
distrahor. hinc anni stantes in limine uitae,
hinc me forma rapit, rapit inde modestia praecox
et pudor et tenero probitas maturior aeuo.
o ubi purpureo suffusus sanguine candor
sidereique orbes radiataque lumina caelo

---

21 *distinxi* damnat *M, corr.* ς 23 et *M, om. a, add. A* 26 frondis *Cruceus* 28 fletus *scripsi*, et diu *M*, at diri ς, en duri *Markl.*, sed tu *Vahlen*, at dici *Slater*, audiri *Phillimore*, crudi *Housman* 30 me ς, iam *M* 32 at *M, corr. m* 33 deiectus *Waller* 34 tu *M, corr. m* 38 lumine *Ma*, limine *m (in mg.) A* 40 grauitas *Baehrens* 42 Phoebo *Markl.*, *an* ceu fol?

et castigatae collecta modestia frontis
ingenuique super crines mollisque decorae
margo comae? blandis ubinam ora arguta querelis
osculaque impliciti uernos redolentia flores
et mixtae risu lacrimae penitusque loquentis
Hybl*ae*is uox m*ers*a fauis? cui sibila serpens
poneret et saeuae uellent seruire nouercae.
nil ueris adfingo bonis. heu lactea colla,
brachiaque *heu*, qu⟨*o i*⟩am domini sine pondere ceruix!
o ubi uenturae spes non longinqua iuuentae
atque genis optatus honos iurataque multum
barba tibi? cuncta in cineres grauis intulit hora
hostilisque dies: nobis meminisse relictum.
quis tua colloquiis hilaris mulcebit amatis
pectora? quis curas mentisque arcana remittet?
accensum quis bile fera famulisque time*(n)dum*
leniet ardentique in se deflectet ab ira?
inceptas quis ab ore dapes libataque uina
auferet et dulci turbabit cuncta rapina?

---

43 modestia *mihi suspectum, requiri* ferocia *uidetur (cf. 108): similiter Theb. IX 687 sq.: 'castigata iubarum Libertas'; eiciendum igitur interpretamentum e u. 39 inlatum* 48 mersa *scripsi*, mixta *M*, pasta *Heins.*, tincta *Markl.*, mulsa *Housman* 49 nollent saeuire *nescio quis ap. Phillimore* 51 Brachiaque numquam *M*, brachiaque ⟨et⟩ numquam ς *Dom.*, brachia, quo numquam *Saftien*, brachiaque! heu nunc iam *Karsten*, brachiaque heu, quo iam *scripsi* 56 amatus *Madvig, colloquia 'hilara' perperam intellegens (cf. ad V 2, 126 adnotata)*, amantis *Otto* 58 ferat *M, corr. Markl.* timentem *M, corr. m*, tumentem *Dom. A', quam coniecturam e male intellecto loco Theb. XI 378 sq. natam esse apparet (nam Plautinum illud Cas. 325 sq. quam praue aduocetur, nemo est quin uideat)*, minantem *nos olim*

quis matutinos abrumpet murmure somnos
impositus stratis abitusque morabitur artis
nexibus atque ipsos re*nou*abit ad oscula postes?
obuius intranti rursus quis in ora manusque
prosiliet breuibusque umeros circumdabit ulnis?
muta domus, *squal*or desolatique penates,
et situs in thalamis et maesta silentia mensis!

Quid mirum, tanto si te p*i*us alt*o*r honorat
funere ? tu domino requies portusque senectae,
tu modo deliciae, dulces modo pectore curae.
non te barbaricae uersabat turbo catastae,
nec mixtus Phariis uenalis mercibus infans
compositosque sales meditataque uerba locutus
quaesisti lasciuus erum tardeque parasti.
hic domus, hinc ortus, dominique penatibus olim
carus uterque parens atque in tua gaudia liber,
ne querere*re* genus. raptum sed protinus aluo
sustulit exultans ac prima lucida uoce
astra salutantem dominus sibi mente dicauit,
amplexusque sinu tulit et genuisse putauit.
fas mihi sanctorum uenia dixisse parentum,
tuque oro, Natura, sinas, cui prima per orbem
iura animis sancire datum: non omnia sanguis

---

63 impositi *Schrader*, imposito *Waller* 64 renouabit *(scil. oscula ipsos ad postes) scripsi*, reuocabit *M* adque ipsos reuoc. *Pol.*, aque ipso reuoc. — poste ς 64. 65 in oscula — ad ora *Postgate* 67 squalor *scripsi*, fateor *M*, pariter *Markl.*, statio *R. Vnger*, stat ero *Baehrens*, mussat *Housman* 69 plus *M, corr. Pol.* alter *M, corr. Dom.* 71 dulcis—cura *Elter* 72 turbo *MA**, turba *a* 76 hic *Krohn*, Hinc *M* 78 quaerere *M, corr. m* sed *M*, te ς 83 ora *M, corr. M²* 84 animus *M, corr.* ς sancire *M*, sanare *a*, sociare *Dom.*

proximus aut serie generis demissa propago
alligat; interius noua saepe adscitaque serpunt
pignora conexis. natos genuisse necesse est,
*e*legisse iuuat. tenero sic blandus Achilli
semifer H*a*emonium uincebat Pelea Chiron.
nec senior Peleus natum comitatus in arma
Troica, sed claro Phoenix haerebat alumno.
optabat longe reditus Pallantis ouantis
Euander, fidus pugnas spectabat Acoetes.
cumque procul nitidis genitor cessaret ab astris,
fluctiuagus uolucrem comebat Persea Dictys.
quid referam altricum uictas pietate parentes?
quid te post cineres deceptaque funera matris
tutius Inoo reptantem pectore, Bacche?
iam secura patris Tuscis regnabat in undis
Ilia, portantem lassabat Romulus Accam.
uidi ego transertos alieno in robore ramos
altius ire suis. et te iam fecerat illi
mens animusque patrem, necdum moresue decorue:
tu tamen et uinctas etiam nunc murmure uoces
uagitumque rudem fletusque infantis amabas.

Ille, uelut primos expiraturus ad Austros
mollibus in pratis alte flos improbus extat,
sic tener ante diem uultu gressuque superbo

(affert A', sincerae memoriae ignarus), restituit Heins.
88 Flegisse *M*, Et fleuisse *a*, At legisse *Dom.*, Elegisse *A**
91 caro ς 94 Argis *Davies* 95 tollebat *Markl.*, <re>fouebat *temptabam* 97 fulmina *Markl.*, foedera *malim*
99 parens *Dom.* 104 iunctas *M²*, mutas ς, motas etiam tum in murmura *Markl.*, truncas *Baehrens, fortasse legendum* mixtas, *cf. tamen Theb. V 613 sq.: 'uerba ligatis Imperfecta sonis'*

uicerat aequales multumque reliquerat annos.
siue catenatis curuatus membra pal*a*estris
staret, Amycl*a*ea conceptum matre putares:
Oebaliden illo praeceps mutare*t* Apollo,
Alcides pensaret Hylan; seu gratus amictu
Attica facundi decurreret orsa Menandri:
laudaret gauisa sonum crinemque decorum
fregisset rosea lasciua T*h*alia corona;
M*a*eonium siue ille senem Troiaeque labores
diceret aut casus tarde remeantis Vlixis:
ipse pater sensus, ipsi stupuere magistri.
scilicet infausta Lachesis cunabula dextra
attigit, et gremio puerum complexa fouebat
Inuidia: illa genas et adultum comere crinem,
et monstrare artes et uerba infigere. que*(m)* nunc
plangimus! Herculeos annis aequare labores
coeperat adsurgens, sed adhuc infantia iuxta;
iam tamen et ualidi gressus mensuraque maior
cultibus et iussae puero decrescere uestes.
cum t*ener* assuesc*is*, quae non gestamina mitis
festinabat erus! breuibus constringere laenis
pectora et † augusta telas artare lacerna †

---

110 pelestris *M, corr.* ς 113 Graius ς 114 Actica *M, corr. M*[2] iucundi *Schrader* 116 pressisset *m*ς 119 stipuere *M, corr.* ς 123 haec monstrare *Baehrens* quem *scripsi*, quae *M* 125 et *Markl.* mixta *M*[2] 127 iussae *scripsi*, uisae *M* 128 tum *Baehrens* tener assuescis *scripsi*, tibi quas uestes *M*, tibi quas lanas *Housman*, tibi quas telas *Postgate*, tibi quaesisses *Phillimore*, tibi quas uelles *temptaueram* 129 lanis *Is. Pontan.* 130 angusta ς angustante alas *Postgate*, undanti t. a. lacernae *temptabam (Theb. IV 266, coll. Plaut. Epid. 436. Verg. A. V 146, XII 471. Claud. V 177)*

<*iam tibi permittens, non indulgebat acanthos,*>
enormes non ille sinus; sed semper ad annos
texta lege*ns* modo puniceo uelabat amictu,
nunc herbas imitante sinu, nunc dulce rubenti
murice; nunc uiuis digitos incendere gemmis
gaudebat; non turba comes, non munera cessant:
sola uerecundo derat praetexta decori.
Haec fortuna domus. subitas inimica leuauit
Parca manus. quo, diua, feros grauis exeris *u*ngues?
non te forma mouet, non te lacrimabilis aetas?
hunc nec saeua uiro potuisset carpere Procne;
nec fera crudeles Colchis durasset in iras,
editus Aeolia nec si foret iste Creusa;
toruus a*b* hoc Athamas insanos flecteret arcus,
hunc quamquam Hectoreos cineres Troiamque perosus
turribus e Phrygiis flesset missurus Vlixes.
Septima lux, et iam frigentia lumina torpent,
iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.
ille tamen, Parcis fragiles urgentibus annis,
te uultu moriente uidet linguaque cadente
murmurat; in te omnes uacui iam pectoris efflat
reliquias, solum meminit solumque uocantem
exaudit tibique ora mouet, tibi uerba † relinquit
et prohibet gemitus consolaturque dolentem.
gratum est, Fata, tamen, quod non mors lenta iacentis

130^{a} *lacunam expleui e. g.* 132 leges *M, corr.* ς 136 derat *Baehrens*, deerat *M* 138 angues *M, corr. Meurs* 139 non te, illacrimabilis, aetas *Peerlkamp* 143 ad *M, corr. Markl.* 144 Hectoreos crines *R. Vnger*, H. manes *conieci* 145 et *Ma*, e M^{2} *(uel m) A* 152 requirit *Phillimore, puto* retemptat *(Ouid. m. I 746: 'uerba intermissa retemptat')*

exedit puerile decus, manesque subiuit
integer et nullo temeratus corpora damno,
qualis erat.
Quid ego exequias et prodiga flammis
dona loqu*a*r m*a*estoque ardentia funera luxu?
quod tibi purpureo tristis rogus aggere creuit,
quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
quodque Arabes Phariique Pala*est**in*ique liquores
arsuram lauere comam? cupit omnia ferre
prodigus et totos Melior succendere census,
desertas exosus opes; sed non capit ignis
inuidus, atque artae desunt in munera flammae.
Horror habet sensus. qualem te funere summo
atque rogum iuxta, Melior placidissime quondam,
extimui! tune ille hilaris comisque uideri?
unde animi saeuaeque manus et barbarus horror,
dum modo fusus humi lucem auersaris iniquam,
nunc toruus pariter uestes et pectora rumpis
dilectosque premis uisus et frigida † lambis
oscula? erant illic genitor materque iacentis
maesta, sed attoniti te spectauere parentes.
quid mirum? plebs cuncta nefas et praeuia flerunt
agmina, Flaminio quae limite M*u*luius agger
transuehit, immeritus flammis dum tristibus infans
traditur. et gemitum formaque a*e*uo*qu*e meretur:

158 loquor *M*, *corr. Dom.* 159 torus ς 161 Palaestinique *I. Selden*, palam est uidique *MA* (palam est udique *a*) 162 comam *Mm*, comas M^1 169 barbaris *M*, *corr. m* 172 lambis *M*, libas *Bentl.*, carpis *Markl.*, labris *Peerlkamp*, clamas *conieci* 176 Moluius *M*, Miluius ς, 178 aeuoque *Wilhelmi*, ac uoce *M*

talis in Isth*mi*acos pe*r*latus ab aequore portus
naufragus imposita iacuit sub matre Pal*a*emon;
sic et in anguiferae ludentem gramine Lernae
rescissum squamis auidus bibit ig*n*is Ophelten.
  Pone metus Letique minas desiste uereri:
illum nec terno latrabit Cerberus ore,
nulla Soror flammis, nulla adsurgentibus hydris
terrebit; quin ipse auidae trux Nauita cumbae
interius steriles ripas et adusta subibit
litora, ne puero dura ascendisse facultas.
  Quid mihi gaudenti proles Cyllenia uirg*a*
nuntiat? estne aliquid tam saeuo in tempore laetum?
nouerat effigies generosique ardua Bl*a*esi
ora puer, dum saepe domi noua serta ligantem
te uidet et similes tergentem pectore *c*eras.
hunc ubi Lethaei lustrantem gurgitis oras
Ausonios inter proceres seriemque Quirini
adgnouit, timide primum uestigia iungit
accessu ta*c*ito summosque lacessit amictus,
inde m*ora(n)*s sequitur; neque enim magis ille trahentem
spernit et ignota credit de stirpe nepotum.
mox ubi delicias et rari pignus amici
sensit et amissi puerum solacia Bl*a*esi,
tollit humo magnaque ligat ceruice diuque

---

179 perlatus *scripsi (Ouid. F. VI 500)*, prolatus *M*, prolutus *Polster* 182 ignis *Koestlin*, anguis *M* 183 reuereri *M, corr. m* 188 accendisse *Ma*, ascendisse *m* ς *A* 189 uirgo *M*, *corr. Pol. m* 191 effigiem ς *Pol.* blessi *MA*, *corr.* ς 193 curas *M*, *corr. Sandstroem et Polster* 197 tacito *m*, tatito *uel* tanto *M* 198 morans *scripsi (Hom.* Π 9: κατερύκει), magis *M* 201 blessi *MA*

ipse manu gaudens uehit et, quae munera mollis
Elysii, steriles ramos mutasque uolucres
por*g*it et optunso pallentes germine flores.
nec prohibet meminisse tui, sed pectora blandus
miscet et alternum pueri partitur amorem.
    Hic finis rapto. quin tu iam uulnera sedas
et tollis mersum luctu caput? omnia functa
aut moritura uides: obeunt noctesque diesque
astraque, nec solidis prodest sua machina terris.
nam popul*os*, mortale genus, plebisque caducae
quis fleat interitus? hos bella, hos aequora poscunt;
his amor exitio, furor his et saeua cupido,
ut sileam morbos; hos ora rigentia Brumae,
illos implacido letalis Sirius igni,
hos manet imbrifero pallens Autumnus hiatu.
quicquid inît ortus, finem timet. ibimus omnes,
ibimus: immensis urnam quatit *A*eacus *ant*ris.
ast hic, quem gemimus, felix hominesque deosque
et dubios casus et c*a*ecae lubrica uitae
effugit, immunis fatis. non ille rogauit,
non timuit meruitue mori: nos anxia plebes,
nos miseri, quibus unde dies suprema, quis aeui
exitus, incertum, quibus instet fulmen ab astris,
quae nubes fatale sonet. nil flecteris istis?

---

203 ipse umeris? 204 multasque *M, corr.* ς *Dom.* 205 porsit *M, corr. Barth* lumine *Markl.* 207 puero *Markl.* sortitur *Baehrens* 212 populus *M, corr.* ς 214 caeca *Markl.* 218 init *uel* aut *M,* habent *a,* init *A** timet *MA,* dabit *a,* uidet *Baehrens* 219 antris *scripsi,* umbris *M,* ulnis ς, innumeris — umbris *Lundstroem* 222 fati ς 223 renuitue *Heins., at uid. commentar. ad V 1, 205* 226 sonent ς

sed flectere libens. ades huc emissus ab atro
limine, cui soli cuncta impetrare facultas,
Glaucia (*nil* son[t]es animas nec Portitor arcet
tergeminae sonitusue ferae): tu pectora mulce,
tu prohibe manare genas, noctesque beatas
dulcibus alloquiis et uiuis uultibus imple,
et periisse nega; desolatamque sororem,
qui potes, et miseros perge insinuare parentes.

II.

VILLA SVRRENTINA POLLII FELICIS.

Est inter notos Sirenum nomine muros
saxaque Tyrrhenae templis onerata Mineruae
celsa Dicarchei speculatrix uilla profundi,
qua Bromio dilectus ager, collesque per altos
uritur et prelis non inuidet uua Falernis.
huc me post patrii laetum quinquennia lustri,
cum stadio iam pigra quies canusque sederet
puluis, ad Ambracias conuersa gymnade frondes,
trans gentile fretum placidi facundia Polli
detulit et nitidae iuuenilis gratia Pollae,

---

229 Glaucia insontes *M*, Glaucias ins. ς *a*, Glaucia nam ins. ς *Dom.*, Glaucia *A*, 'Do · addit nā. In 1° poggii abest' *A**, Glaucia. si ins. *Macnaghten*, Cui soli c. i. f., Glaucia es: ins. *R. Vnger*, nil sontes *scripsi (cf. I 5, 17. Theb. IX 610: 'more nihil Graio' sim.)* 230 terge(m)inae so(n)itusue ferae *scripsi*, nec durae comes ille ferae *M*, dirae ς, n. d. sonus i. f. *R. Vnger*, n. durae comes i. serae *Housman*, n. dirae coma saeua f. *Postgate* 234 qua *Dom.*

II. *Titulum eundem exhibent MA* 7 parta *Markl.*

flectere iam cupidum gressus, qua limite noto
Appia longarum teritur regina uiarum.
Sed iuuere morae. placido lunata recessu
hinc atque hinc curuas perrumpunt aequora rupes:
dat natura l*are*m montique interuenit *aru*um,
litus et in terras scopulis pendentibus exit.
gratia prima loci, gemina testudine fumant
balnea et e te*ct*is occurrit dulcis amaro
nympha mari. leuis hic Phorci chorus udaque crines
Cymodoce uiridisque cupit Galatea lauari.
ante domum tumidae moderator caerulus und*ae*
excubat, innocui custos laris; huius amico
spumant templa s*a*lo. felicia rura tuetur
Alcides; gaudet gemino sub numine portus:
hic seruat terras, hic saeuis fluctibus obstat.
mira quies pelagi: ponunt hic lassa furorem
aequora, et insani spirant clementius Austri;
hic praeceps minus audet hiems, nulloque tumultu
stagna modesta iacent dominique imitantia mores.
Inde per obliquas erepit porticus arces,
urbis opus, longoque domat saxa aspera dorso.
qua prius obscuro permixti puluere soles

15 larem *scripsi, coll. u. 22,* locum *M,* lacum *Heins.* aruum *scripsi (cf. uu. 16 et 25 'terras', u. 23 'rura'),* unum *M,* uncum *uel* imum *Gronou.,* udum *Heins.,* umor *R. Vnger,* unda *Baehrens* 16 in terras *M,* ulterius *Markl.,* interius *Baehrens,* inter aquas *Grasberger* cedentibus *conieci* 18 tectis *scripsi,* terris *M,* thermis *Polster* 19 lympha *Barth* 23 solo *M, corr. Dom.* 30 artes *Krohn* 32 obsceno *Baehrens (quo uocabulo Statius non utitur),* aestiuo *(Copa 5, Claudian. XXVIII 215) nescioquis: nihil mutandum*

et feritas inamoena uiae, nunc ire uoluptas:
qualis, si subeas Ephyres Baccheidos altum
culmen, ab Inoo fert semita tecta Ly*a*eo.
Non, mihi si cunctos *H*elicon indulgeat amnes
et superet Piplea sitim largeque uolantis
ungula s*u*det equi reseretque arcana pudicos
Phemonoe fontes uel quos meus auspice Phoebo
altius immersa turbauit Pol*l*ius urna,
innumeras ualeam species cultusque locorum
Pieriis aequare modis. uix ordine longo
suffecere oculi, uix, dum per singula ducor,
suffecere gradus. quae rerum turba! locine
ingenium an domini mirer prius? haec domus ortus
aspicit et Phoebi tenerum iubar; illa cadentem
detinet exactamque negat dimittere lucem,
cum iam fessa dies et in aequora montis opaci
umbra cadit uitreoque natant praetoria ponto.
haec pelagi clamore fremunt, haec tecta sonoros
ignorant fluctus terraeque silentia malunt.
his fauit natura locis, hic uicta colenti
cessit et ignotos docilis mansueuit in usus.
mons erat hic ubi plana uides, et lustra fuerunt
quae nunc tecta subis; ubi nunc nemora ardua cernis,
hic nec terra fuit: domuit possessor, et illum
formantem rupes expugnantemque secuta

---

35 Lyaeo ς, lyceo *M*, Lechaeo *Dom. (coll. Strab. VIII p. 380 c)* 36 amnes *MA* Dom.*, annos *a* 37 *an* saturet? Pimplea *Dom.* 38 sedet *MA*, se det *Gronou.*, sudet *scripsi, coll. II 7, 4, Pausan. II 3, 5:* καὶ τὸ ὕδωρ οἱ δι' ὁπλῆς ἵππου ῥεῖ τοῦ Πηγάσου 44 locine *M, corr.* ς *Pol.* 47 uegat *M, corr. m* 52 hic ς, hic *an* his *in M, non liquet* 55 qua *Klotz* *an* tuta subis?

gaudet humus. nunc cerne iugum discentia saxa
intrantesque domos iussumque recedere montem.
iam Met*h*ymn*a*ei uatis manus et chelys una
Thebais et Getici cedat tibi gloria plectri:
et tu saxa moues, et te nemora alta sequuntur.

Quid referam ueteres ceraeque aerisque figuras,
si quid Apellei gaudent animasse colores,
si quid adhuc uacua, tamen admirabile, Pisa
Phidiacae rasere manus, quod ab arte Myronis
aut Polycl*e*teo iussum est quod uiuere caelo,
aeraque ab Isthmiacis auro potiora fauillis,
ora ducum ac uatum sapientumque ora priorum,
quos tibi cura sequi, quos toto pectore sentis,
expers curarum atque animum uirtute quieta
compositus semperque tuus?

Quid mille reuoluam
culmina uisendique uices? sua cuique uoluptas
atque omni proprium thalamo mare, transque iacentem
Nerea diuersis seruit sua terra fenestris:
haec uidet Inarimen, illinc Pro*chy*ta aspera paret;
armiger hac magni patet Hectoris, inde malignum
aëra respirat pelago circumflua Nesis;
inde uagis omen felix Eu*pl*oea carinis
quaeque ferit curuos exerta Megalia fluctus;
angitur et domino contra recubante proculque

---

59 intrantemque *Rothstein* 60 me tymnei *M*, mytilenei *a*, Methy̆mnęi *A* 67 policliteo *M, corr. m* 71 turbarum *Markl.* 73 lumina *Lenz* 76 proclita *M, corr.* ς 78 nessis *MA, corr.* ς 79 cauis ς euboea *MA, corr.* ς (Euplea *Pol.*) 80 terit *Heins.* 81 et *M*, hinc *Markl.*, hac *Baehrens*, en *con-*

Surrentina tuus spectat praetoria Limon.
una tamen cunctis procul eminet una di*a*etis,
quae tibi Parthenopen derecto limite ponti
ingerit: hic Grais penitus delecta metallis
saxa; quod Eoae respergit uena Syenes,
Synnade quod maesta Phrygiae fodere secures
per Cybeles lugentis agros, ubi marmore picto
candida purpureo distinguitur area gyro;
hic et Amycl*a*ei caesum de monte Ly*c*urgi
quod uiret et molles imitatur rupibus herbas,
hic Nomadum lucent flauentia saxa Thasosque
et Chios et gaudens fluctus *sim*(*u*)*l*are Carystos:
omnia Chalcidicas turres obuersa salutant.
macte animo, quod Gra*i*a probas, quod Gra*i*a frequentas
arua; nec inuideant quae te genuere Dicarchi
moenia: nos docto melius potiemur alumno.

Quid nunc ruris opes pontoque noualia dicam
iniecta et madidas Baccheo nectare rupes?
saepe per autumnum iam pubescente Ly*a*eo
conscendit scopulos noctisque occulta sub umbra
palmite maturo rorantia lumina tersit
Nereis et dulces rapuit de collibus uuas.
saepe et uicino sparsa est uindemia fluctu

---

ieci (Ouid. met. VIII 590: 'procul en procul una recessit Insula, grata mihi') 82 liman *M*, limen *a*, Limon *Dom.*, limau *'A**
83 illa tamen *Baehrens*, iure tamen *nescioquis* 85 desecta *Auantius* 86 *et* 87 quot *M, corr.* ς 93 simulare *scripsi*, spectare *M*, fluctu certare *(coll. IV 2, 28, at datiuo quartae abstinuisse Papinium constat) uel* fluctus aequare *Salmas. et Heins. (Adu. p. 10)*, spirare *Polster*, superare *Waller*, praestare *Postgate*
95 grata *(bis) M, corr. Geuaerts*

et Satyri cecidere uadis, nudamque per undas
Dorida montani cupierunt prendere Panes.
  Sis felix, tellus, dominis ambobus in annos
Mygdonii Pyliique senis nec nobile mutes
seruitium, nec te cultu T*iry*n*th*ia uincat
aula Dicarcheique sinus, nec saepius istis
blanda Therapn*a*ei place*a*nt uineta Galaesi.
hic ubi Pierias exercet Pollius artes,
seu uoluit monitus quos dat Garget*ti*us auctor
seu nostram quatit ille chelyn seu dissona nectit
carmina siue minax ultorem stringit iambon,
hinc leuis e scopulis meliora ad carmina Siren
aduolat, hinc motis audit Tritonia cristis.
tunc rapidi ponunt flatus, maria ipsa uetantur
obstrepere, emergunt pelago doctamque trahunt*ur*
ad chelyn et blandi scopulis delphines aderrant.
  Viue, Midae gazis et Lydo ditior auro,
Troica et Euphrat*a*e supra diademat*a* felix,
quem non ambigui fasces, non mobile uulgus,
non leges, non castra terent, qui pectore magno
spemque metumque domas, *f*u*c*o sublimior omni,

---

105 udamque *Markl.* 110 aula *M ('per a. Tirynthiam Baulos ... innuit, quo Geryonae armentum Hercules ex Hispaniis redux dicebatur compulisse' Heins.),* ora *Baehrens,* (uincant) arua *Nohl,* uilla *conieci (Herculanensem intellego, Tiburtinum significari Vollmer opinatur)* 110. 111 isti—placent *M,* istis—placeant *Auantius* 111 pineta *Heins. (coll. Prop. II 34, 67), quod 'sub uindemiam a nimiis caloribus periculum illic terrarum etiamnum fuisse possit uideri'* 112 tibi *Dom.* 113 gargeticus *MA, corr.* ς 116 hinc *MA**, huc *Dom.* 117 huc *Dom.* 118 rabidi ς uerentur *Markl.,* 119 trahunt *M, corr. m* 120 blandis? 122 diademate *M, corr. Dom.* 124 tenent ς 125 tuto *M,* uitio *Dom.,* motu

exemptus fatis indignantemque refelle*ns*
Fortunam; dubio quem non in turbine rerum
deprendet suprema dies, sed abire paratum
ac plenum uita. nos, uilis turba, caducis
deseruire bonis semperque optare parati,
spargimur in casus: celsa tu mentis ab arce
despicis errantes humanaque gaudia rides.
tempus erat, cum te geminae suffragia terrae
diriperent celsusque duas ueherere per urbes,
inde Dicarcheis multum uenerande colonis,
hinc adscite meis pariterque his largus et illis
ac iuuenile calens, plectri⟨*s quo*⟩que e*t* ore superbus.
a*t* nunc discussa rerum caligine uerum
aspicis: illo alii rursus iactantur in alto,
cum tua securos portus placidamque quietem
intrauit non quassa ratis. sic perge nec umquam
emeritam in nostras puppem dimitte procellas.
tuque, nurus inter longe ⟨*praesignis in oris*

Polster, titulo *Grasberger*, cura *Krohn*, uoto *Waller*, fuco *scripsi*, *coll. Ouid. F. I 303*, ludo *temptaueram (Theb. III 179: 'uarioque exercita ludo Fatorum gens'; de ludo Fortunae cf. Hor. c. III 29, 50; II 1, 3)* 126 refellens *Markl.*, refelles *M*, repellis ς 127 dubium *I. Is. Pontan.* 136 pariter *probum (Theb. XI 523. Silu. II 3, 31. IV 2, 8 al.)* 137 plectris quoque et ore *scripsi*, plectrique errore *M*, plectrique decore *Markl.* (plectrique nitore *Grasberger*), patriaeque errore *Madvig*, sceptrique errore *Rothstein* 138 Ac *M*, *corr.* ς 139 iactentur *Barth* 140 cum *scripsi*, Et *M*, sed *Postgate* blandamque ς 142 dimitte *m* ς, dimittere *M*, demitte *A*
143—146 *transposuit Antonius Amiterninus* 147 inter Latias *R. Vnger* longe pulcherrima, cuius *Auantius*, (longe) placidissima *mg. cod. Paris.* *lacunam statuit Dom., suppleui e. g.* l. ⟨nitidissima Polla⟩ *Sudhaus*, ⟨l. doctissima Polla, Aequas mente

Euboicis, salue! tua non> praecordia curae, 147a
non frontem *nou*ere minae, sed candida semper
gaudia et in uultu †curarum ignara uoluptas.
non tibi sepositas infelix strangulat arca
diuitias auidique animum dispendia torquent 151
fenoris: expositi census et docta fruendi
temperies. non ulla deo meliore coh*a*erent
pectora, non alias docuit Concordia mentes
<*pacta tori fouisse magis. consortia laudis*> 154a
discite securi, quorum de *foed*ere mixtae 143
in longum coiere faces sanctusque pudicae
seruat amicitiae leges amor. ite per annos
saeculaque et priscae titulos praecedite famae. 146

III.

ARBOR ATEDII MELIORIS.

Stat, quae perspicuas nitidi Melioris opacet
arbor aquas complexa lacus. quae robore ab imo

---

uirum;> l. pr. curae [*scil. 'absunt a cura'*] *Vollmer*, l. <praedocta Latinas Parque uiro mentem, cui non> pr. curae *Phillimore* 148 nouere *scripsi*, uefcere *M*, uertere *Dom. (inde A')*, traxere (duxere, laesere) *Heins.*, insedere *R. Vnger*, secuere *Baehrens* 147—148 Tuque n. i. l. <pulcerrima, cuius Non trepido motu ualeant> praec. curae, Non f. miscere m. *Buecheler*, Tuque n. i. l. <praeclara per urbes Euboicas, audent cui non> p. c., N. f. uestire (uexare) m. *nos olim* 149 rugarum *Heins.*, turbarum (culparum) *R. Vnger, fuit qui* furiarum *coniceret* 151 auidiue ς 154 decuit ς 154a *lacunam agnouit Housman, sententiam ad hunc modum* <uincula amare magis. fallentis gaudia uitae> *idem u. d. reconcinnabat: inde nostra manarunt* 143 Discite *M*, uiuite ς, degite *Polster* de foedere *scripsi*, de pectore *M*

III. 1 opacat ς 2 *distinxi* quae *M*, ea *Markl.*, quid

cur <*inst*>rata uadis redit inde cacumine recto
ardua, ceu mediis iterum nascatur ab undis
atque habitet uitreum tacitis radicibus amnem?
quid Phoebum tam parua rogem? uos dicite causas,
Naides, et faciles, satis est, date carmina Fauni.

Nympharum tenerae fugiebant Pana cateruae;
ille quidem cunctas *qu*amquam uelit, *it* tamen unam
in Pholoen. siluis *haec* fluminibusque sequentis
nunc hirtos gressus, nunc improba cornua uitat.
iamque et belligerum Iani nemus atraque Caci
rura Quirinalesque fuga suspensa per agros
C*a*elica tes*c*a subît; ibi demum uicta labore,
fessa metu, qua nunc placidi Melioris aperti
stant sine fraude lares, *niue*os collegit amictus
artius et *flau*ae posuit se margine ripae.
insequitur uelox pecorum deus et sua credit
conubia, ardenti iamiam suspiria librat
pectore, iam praedae leuis imminet. ecce citatos
aduertit Diana gradus, dum per iuga septem
errat Auentin*a*eque legit uestigia ceruae.
p*a*enituit uidisse deam, conuersaque fidas
ad comites: 'numquamne auidis arcebo rapinis
hoc petulans foedumque pecus, semperque pudici

---

uel cur *Postgate* 3 cur instrata *scripsi*, Curuata *M*, incuruata ς, Accuruata *Pol.* uadis *MA**, nodis M^2 *in mg.*, curuata in nodis *a*, curuata in nodos *Dom.*, curuata, enodis *Markl.* 9. i. q. it c. tanquam u. et. t. u. *M*, *corr. Markl.* (it tamen ς) 10 et *Ma*, haec *m* ς *Dom.*, hęc *A**, ea *Parm.*, set *Krohn*, cita *nos olim* 14 tesca *Markl.* [*cf. Ouid. met. V 613: 'et qua uia nulla'*], tecta *M* 16. 17 niueos—flauae *scripsi*, flauos—niueae *M* 18 credens *Markl.*

decrescet mihi turba chori?' sic † deinde locuta
depromit pharetra telum breue, quod neque flexis
cornibus aut solito torquet stridore, sed una
emisit contenta manu l*a*euamque sopor*i*
Naidos auersa fertur tetigisse sagitta.
illa diem pariter surgens hostemque proteruum
uidit et in fontem, niueos ne panderet artus,
sic*ut erat*, cum ueste ruit, stagnisque sub altis
Pana sequi credens *im*a latus implicat alga.
quid faceret subito deceptus praedo? nec altis
credere corpus aquis hirtae sibi conscius audet
pellis et a tenero nandi rudis. omnia questus,
immitem *Pholoen*, stagna inuida et inuida tela,
prim*a*euam uisu platanum, cui longa propago
innumeraeque manus et iturus in aethera uertex,
deposuit iuxta uiuamque adgessit harenam
optatisque aspergit aquis et talia mandat:
'Viue diu nostri pignus memorabile uoti,
arbor, et haec durae latebrosa cubilia Nymphae
tu saltem declinis ama: preme frondibus undam.
illa quidem meruit, sed ne, precor, igne superno
aestuet aut dura feriatur grandine; tantum

---

26 sic Delia fata *corrigendum uidetur (II 7, 105. Theb. I 510. III 496. IV 404. V 689. VII 390. 614. IX 24. X 271. XII 166. 773; cf. XII 641. IV 644. V 284)* 29 leuamque *MA*, leuaque M^2*m*, laeuumque ς sopori *(scil. auersa) scripsi*, soporem *M*, soporae *Krohn*, supinae *Slater* 31 deam ς 33 sicut erat *Markl.*, sic tota *M* 34 una *M, corr.* ς 38 Pholoen *scripsi*, bromium *M*, Brimo *Scaliger*, Bromiam *Lundstroem*, Triuiam *Sandstroem*, Bormum *Ellis* 39 nisu *Peyrarède* 45 ama et *Markl.* udam *conieci* 47 dira *Schrader*

spargere tu laticem et foliis turbare memento.
tunc ego teque diu recolam dominamque benign*ae*
sedis et inlaesa tutabor utramque senecta,
ut Iouis, ut Phoebi frondes, ut discolor umbra
populus et nostrae stupeant tua germina pinus.'
  Sic ait. illa dei † ueteres animata calores
uberibus stagnis obliquo pendula trunco
incubat atque umbris scrutatur amantibus undas.
sperat et amplexus, sed aquarum spiritus arcet
nec patitur tactus. tandem eluctata sub auras
libratur fundo rursusque enode cacumen
ingeniosa leuat, ueluti descendat in imos
stirpe lacus alia. iam nec Phoebeia Nais
odit et exclusos inuitat gurgite ramos.
  Haec tibi parua quidem genitali luce paramus
dona, sed ingenti forsan uictura sub aeuo.
tu, cuius placido posuere in pectore sedem
blandus honos hilarisque tamen cum pondere uirtus,
cui nec pigra quies nec iniqua potentia nec spes
improba, sed medius per honesta et dulcia limes,
incorrupte fidem nullosque experte tumultus,
† et secrete palam †, quod digeris ordine uitam,
idem auri facilis contemptor et optimus idem

---

53 ueneran*s conieci* imitata *Markl.* 55 umbris *M*, ł umeris M^1 *in mg.*, umbris *a*, vł humeris *A** 59 unos *M*, *corr.* M^2
69 Et secrete palam *M*, et satiare p. ς *a*, et secrete p. *Parm. Dom. A*, '*sub uocibus* s. palam *latere puto epitheton aliquod* τοῦ uitam:... *si Statius scripsisset* Et secure palam, *uix explicare potuissem' Markl.*, ‹rure› et Socrate ouans *(i. et agrum, et litterarum studia cum fructu ac delectatione colens) conieci*, ‹macte› et Socraticam *temptaueram* quod *M*, quo ς, qui *Dom.*

comere diuitias opibusque immittere lucem:
hac longum florens animi morumque iuuenta
Iliacos aequare senes et uincere persta,
quos pater Elysi*u*(*m*), genetrix quos detulit annos.
hoc illi duras exorauere Sorores,
hoc, quae te sub teste situm fugitura tacentem
ardua magnanimi reuirescet gloria Bl*a*esi.

IV.

PSITTACVS.

Psittace, dux uolucrum, domini facunda uoluptas,
humanae sollers imitator, psittace, linguae,
quis tua tam subito praeclusit murmura fato?
*h*esternas, miserande, dapes moriturus inisti
nobiscum, et gratae carpentem munera mensae
errantemque toris mediae plus tempore noctis
uidimus. adfatus etiam meditataque uerba
reddideras. at nunc aeterna silentia Lethes
ille canorus habes. cedat Phaethontia uulgi
fabula: non soli celebrant sua funera cygni.
At tibi quanta domus rutila testudine fulgens,
conexusque ebori uirgarum argenteus ordo,
argutumque tuo stridentia limina cornu!

---

71 promere *Burmann* delicias *Vnger* 74 Elysium *Vollmer*, helisia *M*, Elysio ς *Dom. Pol. (cf. III 3, 59 al.)*, Elysius *Baehrens*, Elysiae *Phillimore* 77 reuiresset *M*, reuirescit ς *a*, reuirescet *A* blessi *MA*, *corr.* ς

IV. PSITTACVS EIVSDEM *M*, Psitacus eiusdē *A*, *titulum Papinianum indicauit Vollmer* 2 psittate *M*, *corr.* M^2 4 hesternas ς, externas *M*, extremas *Markl.* 9 obis *Heins.* 10 celebrent tua *Lundstroem* 11 stat uiduata domus *Heins.*

† et querulae iam sponte fores: uacat ille beatus
carcer et au*ra*ti nusquam conuicia tecti!

Huc doctae stipentur aues, quis nobile fandi
ius Natura dedit: plangat Phoebeius ales
auditasque memor penitus dimittere uoces
sturnus et Aonio uersae certamine picae,
qu(*a*)eque refert iungens iterata uocabula *cor*n*ix*
et quae Bistonio queritur soror orba cubili;
ferte simul gemitus cognataque ducite flammis
funera et hoc cun*c*tae miserandum addiscite carmen:

'Occidit aëriae celeberrima gloria gentis
psittacus, ille plagae uiridis regnator Eoae;
quem non gemmata uolucris Iunonia cauda
uinceret aspectu, gelidi non Phasidis ales,
nec quas umenti Numidae rapuere sub Austro;
ille salutator regum nomenque locutus
Caesareum et queruli † quondam uice functus amici,
nunc conuiua leuis monstrataque reddere uerba
tam facilis: quo tu, Melior dilecte, recluso
numquam solus eras. a*t* non inglorius umbris
mittitur: Assyrio cineres adolentur amomo
et tenues Arabum respirant gramine plumae
Sicaniisque crocis; senio nec fessus inerti
scandet odoratos Phoenix felicior ignes.'

---

14 patulae *Waller*, *possis* set p. i. morte f. 15 aurati *scripsi*, auguſti *M*, angusti ς conuicia *MA** (conuiuia *a*) 18 demittere *Gronou.* 19 uictae *Markl.* 20 quaeque *Sabellic.*, Quique *M* cornix *Dalechamps (Varr. l. L. VI 56. Plin. n. h. X 124)*, perdix *M* 23 cunstae *M*, *corr.* ς 30 *in* quondam *iure offendit Phillimore*, prope iam *conicias* 32 sodali? 33 ac *Ma*, at *m* ς *A* 35. 36 gramina—Sicaniosque crocos *Markl.* 37 scandit ς

V.

LEO MANSVETVS.

Quid tibi monstrata mansuescere profuit ira?
quid scelus humanasque animo dediscere caedes
imperiumque pati et domino parere minori?
quid quod abire domo rursusque in claustra reuerti
suetus et a capta iam sponte recedere praeda
insertasque manus laxo dimittere morsu?
Occidis, altarum uastator docte ferarum,
non grege Massylo curuaque indagine clausus,
non formidato supra uenabula saltu
incitus aut caeco foueae deceptus hiatu,
sed uictus fugiente fera. stat cardine aperto
infelix cauea et clausas circum undique portas
hoc licuisse nefas p*ardae* ſt*up*uere leones.
tum cunctis cecidere iubae, puduitque relatum
aspicere, et totas duxere in lumina frontes.
a*t* non te primo fusum nouus obruit ictu
ille pudor: mansere animi, uirtusque cadenti
a media iam morte redit, nec protinus omnes
terga dedere minae. sicut sibi conscius alti
uulneris aduersum moriens it miles in hostem
attollitque manum et ferro labente minatur,

V. 1 monstrata *M, quod teneo, coll. II 4, 31; similiter Ach. I 858 sqq.: 'Vt leo—mores Accepit—hominemque uereri Edidicit nullasque rapi nisi iussus in iras'*, constrata ς *Dom.*, nunc strata *Postgate* 6 incertasque *M, corr.* ς 8 Massylo *M*, Massilio *a*, Massilo *A* 12 clausis c. u. portis *Lips., tu cf. Theb. VII 548 sq.*
13 pardae stipuere *scripsi*, placidi timuere *M*, pauido *Markl.*, fremuere *Heins.*, tumuere *Baehrens* 16 Ac *M, corr.* ς *A*

sic piger ille gradu solitoque exutus honore
firmat hians oculos, animamque hostemque requirit.
Magna tamen subiti tecum solacia leti,
uicte, feres, quod te maesti populusque patresque,
ceu notus caderes tristi gladiator harena,
ingemuere mori; magni quod Caesaris ora
tot Scythicas Lib*yc*asque inter, ⟨*tot*⟩ litore Rheni
et Pharia de gente feras, quas perdere uile est,
unius amissi tetigit iactura leonis.

VI.

CONSOLATIO AD FLAVIVM VRSVM.

Saeue nimis, lacrimis quisquis discrimina ponis
lugend*o*que modos. miserum est primaeua parenti
pignera surgentesque nefas⟨*tum*⟩ acce*n*dere natos,
durum et deserti praerepta coniuge partem
conclamare tori, maesta et lamenta sororum
et fratrum gemitus: a*t* te t*enet*, at procul intrat
altius in sensus maioraque uulnera uincit

---

23 oculos animumque *Markl.* 26 gladiator *M*, germanus *a*, gladiator *A* 28 Inter tot Scythicas librasque *(corr.* ς*)* in litore Rheni *M*, *pro* in *substituerunt* et *Aldina*, ab *Baehrens; equidem* inter *transposui*, *altero* tot *inserto* 30 leoo⍀is *M*

VI. CONSOLACIO AD FLAVIVM · VRSVM | DI *(corr.* E*)* AMISSIONE PVERI DELICATI *M*, ⟨con⟩solacio ad flauiũ ursũ *'A* 2 lugendique *M*, *corr. Peerlkamp (cf. quae ad u. 13 annotamus)* 3 nefas *M*, *correxi* accedere *M*, accendere ς *a*, aaedere *'A**, abscedere *Pol.* 6 at te tenet *scripsi*, ad te tamen *M*, alte tamen et p. *Markl.*, gemitus acres; tamen et p. *Maduig.*, ardet tamen ac p. *Baehrens*, at te tangens p. *Korsch*, fratrum: g. acuit tamen ac *temptaueram*

plaga minor. famulum (quia rerum *no*mi*n*a caeca
sic miscet Fortuna manu nec pectora nouit),
sed famulum gemis, V*r*se, pium, sed amore fideque
has meritum lacrimas, cui maior st*e*mmate iuncto
libertas ex mente fuit. ne comprime fletus,
ne pudeat; rumpat frenos dolor iste diesque,
si *l*ame*nt*a placent: hominem gemis (e*i* mihi, subdo
ipse faces), hominem, Vrse, tuum, cui dulce uolenti
seruitium, cui triste nihil, qui sponte † sibique
imperiosus erat. quisnam haec in funera missos
castiget luctus? gemit inter bella peremptum
Parthus equum, fidosque canes fleuere Molossi,
et uolucres habuere rogum ceruusque Marone*m*.
quid, si nec famulus? uidi ipse habitusque notaui
te tantum cupientis erum: † sed maior in ore
spiritus et tenero manifesti in sanguine mores.
optarent multum Graiae cuperentque Latinae
sic peperisse nurus. non talem Cressa superbum
callida sollicito reuocauit Thesea filo,
nec Paris Oebalios talis uisurus amores
† rusticus inuitas deiecit in aequora pinus.

---

8 omnia *MA, corr. Leo* [quoniam rer. omnia *Dom.*] 10 ut se *M*, et se *a*, urse *m* ς *A* 11 stōmate *M, corr.* ς cuncto *Lindenbrog*, Tusco *Phillimore (coll. Pers. III 28), possis* Lydo 12 nobilitas *Markl.* 13 diesque *scil. praestitutas (cf. u. 2):* frenos — diesque *per hendiadyn dictum* 14 lamenta *scripsi*, tam dura *M* ei *Baehrens*, heu *M*, hei ς 16 sibi ipse *Heins.*, cui s. subacto I. eras? 20 marone *M, corr. Peerlkamp* 21 animosque *Parm.* 22 capientis *Heins.* sic m. *Krohn*, spe m. *Housman*, cui maior in ore spir.? *conicias* (regnator *temptaueram, coll. Theb. IV 744, Hor. c. II 4, 15, Plat. Theaet. p. 175 a)* 28 Troasin inuisas *Markl.*, rupibus

non fallo aut cantus adsueta licentia ducit:
uidi et adhuc uideo, qualem nec bella cauente
litore uirgine*u*(*m*) Thetis occultauit Achillen,
nec circum saeui fugientem moenia Phoebi
Troilon Haemoniae deprendit lancea dextrae.
qualis eras! procul en cunctis puerisque uirisque
pulchrior et tantum domino minor! illius unus
ante decor, quantum praecedit clara minores
luna faces quantumque alios premit Hesperos ignes.
non tibi femineum uultu decus oraque supra
mollis honos (qualis dubiae *dis*crimina formae
de sexu transire iubent), toru*o*que uirilis
gratia; nec petulans acies blandique seuero
igne oculi, qualis *de*m*issa* casside uisu
Parthe*n*op*ae*us erat; simplexque h*o*rrore decoro
crinis, et obsessae nondum primoque micantes
flore genae: talem Ledaeo gurgite pubem
educat Eurotas, teneri sic integer aeui
Elin adit primosque Ioui puer adprobat annos.
nam pudor *in*g*en*u*ae* mentis tranquillaque morum

inuitas *Schrader*, hospitibus nocuas *Korsch*, raptibus incestas *scripserim* (incestas *Marklando debetur*): *cf. Ach. I 45 (Hor. c. III 3, 19), II 272. 364 sq. Silu. V 1, 57* 30—31 cauente... uirgineu(m) *scripsi*, cauentem... uirgineo *M*, canentem... uirgineo ς achillem *M*, achillen *M*[1] 39 post crimina *M*, *corr. Bentl.* 40 toruaque *M*, *corr. Dom. Pol.*, torua atque ς 42 demissa *scripsi*, bellis iam *M*, liber iam *Baehrens*, bellans iam *Postgate* uisus ς, missa ς *Dom. Pol.* 43 Partheiopeus *M*, *corr.* ς herrore *M*, *corr. m*, errore ς 48 ingenuae *Heins. (Cic. de or. II 10, Phil. III 28. Cat. 61, 79. Prop. II 24, 4. Sen. de const. sap. 15, 1. Phaedr. 250. Iuuen. XI*

temperies teneroque animus maturior aeuo
carmine quo *re*(*m*)*e*asse quea*nt*? saepe ille uolentem
castigabat erum studioque altisque iuuabat
consiliis, tecum tristisque hilarisque nec umquam
ille suus uultumque tuo sumebat ab ore;
dignus et *unani*(*m*)um Pyladen praecedere fama
Cec*r*op*i*amque fidem, sed laudum terminus esto,
quem fortuna sinit: non mente fidelior aegra
sperauit tardi reditus Eum*a*eus Vlixis.

Quis deus aut quisnam tam tristia uulnera cas*us*
eligit? unde manus Fatis tam certa nocendi?
o quam diuitiis censuque exutus opimo
fortior, Vrse, fores! si uel fumante ruina
ructassent dites Vesuuina incendia Locro*e*,
seu Pollentinos mersissent flumina saltus,
seu Lucanus Ac*i*r seu Thybridis impetus altas
in dextrum torsisset aquas, paterere serena
fronte deos; siue alma fidem messisque negasset
Cretaque Cyreneque et qua tibi cumque beato
larga redit Fortuna sinu. sed gnara dolorum

154: cf. Publil. Syr. 107 Meyer), undae [a *exp. M*[1]] notae *M*, pudor unde etiam *A**, p. unde nouae *Parm.*, p. innocuae *nescio quis*, pudor (unde notem?) *Buecheler*   mentis *MA*, menti *M*[2] *a*   50 re(m)easse *scripsi*, potasse *M*   queant ς, queam *M*   pensasse queam ς, nota esse queant *Markl.*, patuisse queant *R. Vnger*   54 unani(m)um *scripsi*, hemonium *M*, Haemonium iuuenem ς, Haemonium et Pyladen *Baehrens*   55 Cecopriamque *M*, *corr.* ς   56 sinit *M*, siuit *A*   57 eumelus *M*, *corr.* ς *Pol.*   58 causas *MA**, *corr.* ς *Dom.*   59 dig(er)it?   62 Ructassent—Locros *M* (Ructassent *etiam A*), Locri *Markl.* (Locroe *Buecheler*), raptassent—Locros *R. Vnger*   64 ager *M*, *corr. Heins.*

Inuidia infelix animi uitalia uidit
laedendique uias.
Vitae modo *ge*rmen adultae,
nectere temptabat iuuenum pulcherrimus ille
cum tribus Eleis unam trieterida lustris.
attendit toruo tristis Rhamnusia uultu,
ac primum impleuitque toros oculisque nitorem
addidit ac solito sublimius ora leuauit,
heu, misero letale fauens: se n(*am*)que uidendo
torsit et inuidia, *iu*(*u*)*en*emque amplexa iacenti
iniecit nexus carpsitque immitis adunca
ora uerenda manu. quinta uix *Ph*os*ph*oros hora
rorantem sternebat equum: iam litora duri
*m*aes*t*a, Philete, senis *f*ur(*u*)umque Acheronta uidebas,
quo domini clamate sono! non saeuius a(*m*)*b*os

---

70 germen *scripsi*, carmen *M*, cardine *Gronou.*, limine *Markl.* 71 temptabat *M*, tendebat *a*, tentabat *A* 76 se namque *scripsi*, seseque *M* 77 et inuidia *M*, et inuidiam *Heins.*, et insidians *Burmann*, ab inuidia *R. Vnger (Baehrens)*, ad inuidiam *Schwartz* iuuenemque *scripsi*, mortemque *M*, fortemque *Burmann*, mortisque *Baehrens* inuitam Mortem complexa *Markl.*, inuidiae morsu ecce amplexa *R. Vnger*, Inuidiam matrem complexa *Phillimore*, seseque uidendo Torsit et intumuit, mox tandem amplexa *et* u(bi) seque uidendo Torsit et inuidia naturam amplexa *nos olim* 78 nexu *Schwartz* 79 quinta—hora *M (confert Polster Mart. VIII 67, 9. Plin. n. h. VI 171)*, quinto—ortu *Schrader*, quinta—Oeta *Postgate*, quinto—auro *temptabam (Verg. A. IV 134 sq., VII 274—279): cf. V 1, 7: 'altera—Phoebi rota', Theb. VI 469: 'puluere quarto'* 81 maesta *scripsi (Theb. IV 604)*, Saeua *M* furuumque *scripsi (V 1, 155)*, durumque *M*, dirumque *Markl.*, *possis* surdumque *(Prop. IV 11, 6. Stat. Theb. XII 200)* 82 ambos *scripsi (Theb. VI 767. I 112. II 647)*, atros *M*

nigrasset planctu genetrix tibi sa*l*ua lacertos,
nec pater; et certe qui uidit funera frater
erubuit uinci. sed nec seruilis adempto
ignis: odoriferos exhausit flamma Sabaeos
et Cilicum messes Phariaeque exempta uolucri
cinnama et Assyrio manantes gramine sucos
et domini fletus: hos tantum hausere fauillae,
hos bibit usque rogus; nec quo*d* tibi Setia canos
restinxit cineres, gremio nec lubricus ossa
quod uallauit onyx, miseris acceptius umbris
quam gemitus. sed et ipse i*nst*at. quid terga dolori,
Vrse, damus? quid damna foues et pectore iniquo
uulnus amas? ubi nota reis facundia *c*astis?
quid caram crucias tam saeuis luctibus umbram?
eximius licet ille animi meritusque doleri,
soluisti. subit ille pios carpitque quietem
Elysiam clarosque illic fortasse parentes
inuenit; aut illi per amoena silentia Lethes
forsan *A*uernales adludunt undique mixtae
Naides obliquoque notat Proserpina uultu.
pone, precor, questus; alium tibi fata P*h*ileton

---

83 planctu *M*, plantus *a*, plantu *A* sacua *M*, *corr. Polster* 90 quod ς *Pol.*, quo *M* sestia *M*, *corr.* ς 93 inftat *scripsi*, iuuat *M*, uetat *Lundstroem*, quid *M* (hic melius quin *m in mg.*) *A* 95 castis *scripsi (III 3, 17. IV 6, 91. Cic. p. Q. Roscio 17: 'falsum crimen in purissimam et castissimam uitam collatum statim concidit')*, raptis *M* (facundia? rapti *temptaueram a. 1904, merito reiecit Korsch*) 99 carosque *Bernaerts* 100 illic *M*, *corr.* ς 101 uernales *M*, *corr.* ς *Pol.* adludunt *M*, illudunt *a*, alludunt *A* 103 pileton *M*, pyleton *a*, fileton *A*, *corr.* ς

forsan et ipse dabit moresque habitu*squ*e decoros
monstrabit gaudens similemque docebit amor*em*.

VII.

GENETHLIACON LVCANI.

Lucani proprium diem frequentet,
quisquis collibus Isthmiae Diones
docto pectora concita*tus* oestro
pendentis bibit ungulae liquorem.
ipsi quos penes est honor canendi,
uocalis citharae repertor Arcas
et tu Bassaridum rotator Euhan
et Paean <*ades huc genisque Pallas*
nudatis;> *at Hy*antiae sorores
laetae purpureas nouate uittas,
crinem comite, candidamque uestem
perfundant hederae recentiores.
docti largius euagentur amnes,
et plus Aoniae uirete siluae,
et, si qua p*latan*us diem recepit,

---

104 habiture *MA**, habitumque ς, habitusque *Thom. Stephens*
105 amori *MA**, *corr. a*

VII. GENETHLIACON LVCANI AD OPPIAM *ML*, Genethliacon Lucani ad pollam *A′ (Parm. ex Ep.)* 3 concitauit *ML, corr.* ς *Pol.* 7 euan *L* 8 *lacunam suppleui e. g. (cf. I 4, 20; 6, 1; V 3, 91. Ach. I 300, Sil. It. VII 459 sqq., Claudian. VIII 12 sq., Merob. Paneg. II 39 sqq.*, Lucian. d. d. 20, 10: τί οὖν οὐχὶ καὶ σύ, ὦ Ἀθηνᾶ, τὴν κόρυν ἀφελοῦσα ψιλὴν τὴν κεφαλὴν ἐπιδεικνύεις;) 8a et euhantię *Ma*, et euantię *L*, *unde* Euantię **A′*, Hyantiae ς *Dom.*, *unde* ·ͤ· iãtię *A′*, at Hyantiae *scripsi* 9 taepurpureas *L* 14 platanus *scripsi*, pater aut *L*, patera ut *M*,

sertis mollibus expleatur umbra.
centum Thespiacis odora lucis
stent altaria uictimaeque centum,
quas Dirce lauat aut alit Cith*a*eron:
Lucanum canimus, fauete linguis;
uestra est ista dies, fauete, Musae,
dum qui uos geminas tulit per artes,
et uinctae pede uocis et solutae,
Romani colitur chori sacerdos.
  Felix heu nimis et beata tellus,
quae pronos Hyperionis meatus
summis Oceani uides in undis
stridoremque rotae cadentis audis,
quae Tritonide fertilis Athenas
unctis, B*a*etica, prouocas trapetis:
Lucanum potes imputare terris.
hoc plus quam Senecam dedisse mundo
aut dulcem generasse Gallionem.
attollat refluos in astra fontes
Graio nobilior Melete B*a*etis;
B*a*etim, Mantua, prouocare noli.
  Natum protinus atque humum per ipsam
primo murmure dulce uagientem
blando Calliope sinu recepit.

---

patet aut *ma*, patulam *Markl.*, laceram *Baehrens* 16 thesbiacis *M*, tespiacis *L*, thespiacis *m* 18 alid *L* citheron *M*, cytheron *L* 24 heu *LM*, o *Markl.* 25 yperionis *L* 28 tritonidę *L*, Tritonidi *Bentl.* fertilis *L*, fertiles *M* atheras *L* 29 betica *M*, u&ica *L* prouo castra petis *L* 36 ipsam *M*, ipsum *L* 37 Primo *M*, Primum *L* 38 tabiope *L ante rasur. (teste Klotz)*, caliope L^2

tum primum posito remissa luctu
longos Orpheos exuit dolores
et dixit: 'Puer o dicate Musis,
longaeuos cito transiture uates,
non tu flumina nec greges ferarum
nec plectro Geticas mouebis ornos,
sed septem iuga Martiumque Thybrim
et doctos equites et eloquente
cantu purpureum trahes senatum.
nocturnas alii Phrygum ruinas
et tardi reducis uias Vlixis
et puppem temerariam Mineruae
trita uatibus orbita sequantur:
tu carus Latio memorque gentis
carmen fortior exer*es* togatum.
ac primum teneris adhuc in annis
ludes Hectora Thessalosque currus
et supplex Priami potentis aurum,
et sedes reserabis inferorum;
ingratus Nero dulcibus theatris
et noster tibi proferetur Orpheus.
dices *c*ulminibus Remi uagantis
infandos domini nocentis ignes.
h*inc* castae titulum decusque Pollae

---

40 orfeos *L* 42 longe uos *L* 45 septem *M*, · uii · *L* timbrim *L*, Thymbrim *Bonnet* 46 elonquente *L* 47 sanatum *L*
48 phrygum *L*, frygum *M* 49 tarde *Barth* ulxxias *L*, ulixias L^1, ulixis L^2 52 tu par es *Heins.*, tu partus *temptabam*
53 fortius — togatae *Heins.* exeres *Markl.*, exeris *LM*
55 ludes *L*, Laudes M^1, Laudas *m* 58 dulcius? 59 orfeus *L*
60 fulminibus ML^1 (fluminibus *L*), *corr.* ς *a* 62 hinc ς,

iucunda dabis adlocutione.
mox coepta generosior iuuenta
albos ossibus Italis Philippos
et Pharsalica bella detonabis,
quo fulmen ducis inter arma diui,
<heu Romam feriens, uolarit igni,>
libertate grauem pia Catonem
et gratum popularitate Magnum.
tu Pelusiaci scelus Canopi
deflebis pius et Pharo cruenta
Pompeio dabis altius sepulcrum.
haec primo iuuenis canes sub aeuo,
ante annos Culicis Maroniani.
cedet musa rudis ferocis Enni
et docti furor arduus Lucreti,
et qui per freta duxit Argonautas,
et qui corpora prima transfigurat.
quid maius loquar? ipsa te Latinis
Aeneis uenerabitur canentem.
nec solum dabo carminum nitorem,
sed taedis genialibus dicabo
doctam atque ingenio tuo decoram,
qualem blanda Venus daretque Iuno
forma, simplicitate, comitate,

Huc *ML*, nunc *Krohn* 63 iucunda *M*, ioc. *L* adlocutione *L*, allocutione *M* 66 farsalica *L* 67 quo fulmen *LM*, quod fulmen *Markl.* 67a *lacunam e. g. suppleui* 69 grauum *L* 72 sepulchrum *M* 79 quin *m* loquar *L*, loquor *M* ipse *L* 81 carminis *Dom. Pol.* 82 genitalibus *LM*, *corr.* ς 83 ingenituo *L* *uersum* 85 *damnabat Gevaerts*

censu, sanguine, gratia, decore,
et uestros hymen*a*eon ante postes
festis cantibus ipsa personabo.
o saeuae nimium grauesque Parcae:
o numquam data longa *f*ata summis!
cur plus, ardua, casibus patetis?
cur saeua uice magna non senescunt?
sic natum Nasamonii Tonantis
post ortus obitusque fulminatos
angusto Bab*y*lon premit sepulcro:
sic fixum Paridis manu *t*rementis
Peliden Thetis horruit cadentem:
sic ripis ego murmurantis Hebri
non mutum caput Orpheos sequebar.
sic et tu, rabidi nefas t*y*ranni,
iussus praecipitem subire Lethen
dum pugnas canis arduaque uoce
das solacia grandibus sepulcris,
(o dirum scelus, o scelus!) tacebis.'
sic fata est leuiterque decidentes
abrasit lacrimas nitente plectro.

At tu, seu rapidum poli per axem

---

86 lepore *Lindenbrog*, gratia decentem *malim* 85. 86 *eiciebat Markl., post u. 83 collocabat Aem. Baehrens* 87 hymeneon *M*, ymeneon *L* 90 festa *ML*, fata ς, pensa *Heins.* 93 signatum *ML, corr.* ς *a* 95 angusto *L*, Augusto *M* sepulchro *M* 96 preme(n)tis *LMA*, *corr.* ς, trementi *Bentl.* 97 tetis *L* orruit *L* 99 orfeos *L* 100 *distinxit Postgate, coll. Lucan. VIII 549 sq.* 101 laetheN *M*, leten *L* 103 sepulchris *M* 105 fata *M*, facta *L* 106 abstersit *Skutsch* 107 At *M*, ac *L*

Famae curribus arduis leuatus,
qua surgunt animae potentiores,
terras despicis et sepulcra rides;
seu pacis merito nemus reclusi
felix Elysii tenes in oris,
quo *Ph*arsalica turba congregatur,
et te nobile carmen insonantem
Pompei comitantur et Catones;
*se*u magna sacer et superbus umbra
n*o*scis Tartaron et procul nocentum
audis uerbera pallidumque uisa
matris lampade respicis Neronem:
adsis lucidus et uocante Polla
unum, quaeso, diem deos silentum
exores: solet hoc patere limen
ad nuptas redeuntibus maritis.
haec te non th*i*asis procax dolosis
falsi numinis induit figura,
ipsum sed colit et frequentat ipsum
imis altius insitum medullis,
ac solacia uana subministrat
uultus qui simili notatus auro

---

108 leuatum *M*, leuatu *L*, *corr.* ς *Dom.* 110 despicis *L*, dispicis *M (corr. m)* sepulchra *M* 112 helisii *M*, elisii *A* tenis *L* 111. 112 reclusum—Elysiis *Markl.* 113 farsalica *M* 116 seu *Heins.*, tu *LMA*, dum *Bursian* 117 nescis *LM*, *corr. Haupt* 121 silentium *L*, silicentum *M*, *corr. m* 124 thyasis *MA* 126 frequentat *M*, frequent̃ *L* 128 Ac *MA*, ad *L*, nec *Schwartz*, at *Slater* uana *LM*, uera *Baehrens*, mane *nos olim, trad. lectionem uindicabis, coll. Sen. epist. 40, 1: '(desiderium imagines) inani solacio leuant'* subministrans *conieci*

stratis praenitet incubatque somno
securae. procul hinc abite, † Mortes:
haec uitae genialis est origo. 132
cedat luctus atrox genisque manent
iam dulces lacrimae: dolorque festus,
quicquid fleuerat ante, nunc adoret.

---

130 stratus *LM*, *corr.* ς 131 Securae *LMA*, secure: *Gevaerts*, Sint curae p.: h. a. inertes *Heins.*, sed curae p. h. a. mortis *Madvig*, secure p. h. a. manes *conieci* 132 genialis ς, genitalis *LM* 134 lacrimae *L*, lassimae *M*, lacrymae *m* festus *LMA**, fessus *a* 135 Quitquid *M* adoret *LMA*, abhorret *a* *subscr.* FINIT DÕ GRATIAS AMEN *L*, P · PAPINI · STATII · LIB · II · EXPLIC · / SILVARV̄ · INCIPIT · LIBER · III · *M*

P. PAPINI STATI

SILVARVM

LIBER III.

STATIVS POLLIO SVO SALVTEM.

1 Tibi certe, Polli dulcissime et hac cui tam fideliter inhaeres quiete dignissime, non habeo diu probandam libellorum istorum temer*it*atem, cum scias multos ex illis in sinu tuo subito natos et hanc audaciam stili nostri frequenter exp(*er*)*tus* *s*is, quotiens in illius facundiae tuae penetrali seductus altius litteras intro et in omnis a te studiorum sinus ducor. securus itaque tertius hic 'Siluarum' nostrarum liber
2 ad te mittitur. Habuerat ⟨*Herculem*⟩ quidem et secundus testem, sed hic habet auctorem. nam pri-

---

III. Statius pollio suo Salutem *A*

EPIST. 1 hac M^2, haec *M* 3 temerantem *M*, *corr.* ς *m* 4 in Surrentino tuo *Phillimore* 5 expertus sis *scripsi*, expaueris *MA*, exposcas *Madvig* 6 illius *M*, illo *Krohn*, *an* i(n)timo? penetrali *MA*, penetralia *Parm.*, penetrale *Pol.* 7 et *M*, uel *malim* omnis *MA*, omnes *a* 10 te *ante* te-

mum limen eius Hercules Surrentinus aperit, quem in litore tuo consecratum, statim ut uideram, his uersibus adoraui. sequitur libellus, quo splendi*di*ssimum et mihi iucundissimum iuuenem Maecium Celerem, a sacratissimo Imperatore missum ad legionem Syriacam, quia sequi non poteram, sic prose-
3 cutus sum. Merebatur et Claudi Etrusci mei pietas aliquod ex studiis nostris solacium, cum lugeret ueris (quo*d* *i*am *r*arissimum est) lacrimis senem patrem. Earinus praeterea, Germanici nostri libertus, scit quamdiu desiderium eius moratus sim, cum petisset ut capillos suos, quos cum gemmata pyxide et speculo ad Pergamenum Asclepium mit-
4 tebat, uersibus dedicarem. Summa est ecloga, qua mecum secedere Neapolim Claudiam meam exhortor. hic, si uerum dicimus, sermo est, *si*quidem securus, ut cum uxore, et qui persuadere malit quam placere. huic praecipue libello fauebis, cum scias hanc destinationem quietis meae tibi maxime intendere meque non tam in patriam quam ad te secedere. uale.

---

stem *add. Baehrens,* Habuerat <Herculem> quidem *malui (cf. II 2, 23 sq.)* 14 et mihi iucundissimum *M, om. a, add. A* mecium *MA*, corr.* ς 19 iam raris. *Baehrens,* amarissimum *M,* raris. ς 20 Ierinus *Ma,* earinus *A* 21 *et* eius *et* scit *(h. e. 'testis est', ut ap. Verg. A. XI 259 al.) uindicauit Housman* 22 quos cum *M² in mg.,* quoscumque *M* 26 dici uis *Bursian* siquidem *scripsi,* equidem *M,* et quidem *Markl.,* a te quidem *Phillimore* 31 VALE *litteris miniatis M, om. a, add. A*

I.

HERCVLES SVRRENTINVS.

Intermissa tibi renouat, Tirynthie, sacra
Pollius et causas designat desidis anni,
quod coleris maiore tholo nec litora pauper
nuda tenes tectumque uagis habitabile nautis,
sed nitidos postes Graisque effulta metallis
culmina, ceu taedis iterum lustratus honesti
ignis ab Oetaea conscenderis aethera flamma.
uix oculis animoque fides. tune ille reclusi
liminis et paruae custos inglorius arae?
unde haec aula recens fulgorque inopinus agresti
Alcidae? sunt fata deum, sunt fata locorum.
o uelox pietas! steriles hic nuper harenas,
adsparsum pelago montis latus hirtaque dumis
saxa nec ulla pati faciles uestigia terras
cernere erat. quaenam subito fortuna rigentes
dita*u*it scopulos? Tyrione haec moenia plectro
an Getica uenere lyra? stupet ipse labores
annus, et angusti bisseno limite menses
longaeuum mirantur opus. deus attulit arces
erexitque suas atque obluctantia saxa

I. HERCVLES · SVRRENTINVS · POLLII · FELICIS *M*, Hercules Surrentinus *a*, *add.* p.//////////////is *A* 5 graiisque *A* 7 oethea *A* 9 Luminis *M*, *corr. Dom.* 13 Ad sparsum *M*, Aspersum *a*, l' ad spa(r)sum *A*, ac sparsum *Baehrens* hircaque duniss *M*, *corr.* ς 16 Ditasit *M*, Ditauit *m* ς *A'* 18 angusti bisseno *MA*, angusto bisseni ς 19 affuit *Aldinae* artes *M*, *corr.* ς *Pol.*

summouit nitens et magno pectore montem
reppulit: immitem credas iussisse nouercam.
Ergo age, seu patrios liber iam legibus Argos
incolis et mersum tumulis Eurys*the*a calcas,
siue tui solium Iouis et uirtute parata
astra tenes, haustumque tibi succincta beati
nectaris excluso melior Phryge porrigit Hebe:
huc ades et genium templis nascentibus infer.
non te Lerna nocens nec pauperis arua Molorchi
nec formidatus Nemees ager antraque poscunt
Thracia nec Pharii polluta altaria regis,
sed felix simplexque domus fraudumque malarum
inscia et hospitibus superis dignissima sedes.
pone truces arcus agmenque immite pharetrae
et regum multo perfusum sanguine robur,
instratumque umeris dimitte gerentibus hostem:
hic tibi Sidonio celsum puluinar acantho
texitur et signis crescit torus asper eburnis.
pacatus mitisque ueni nec turbidus ira
nec famulare timens, sed quem te Maenalis Auge
confectum thiasis et multo fratre madentem
detinuit qualemque uagae post crimina noctis
Thespius obstipuit, totiens socer. hic tibi festa
gymnas et insontes iuuenum sine c*ae*stibus irae

22 Reppulit *MA* (Repulit *a*) 24 euristia *M*, *corr.* ς 30 Nemees ς *a*, uemces *M* antraue *Bentl.* 36 ingentibus *Markl.*, rigentibus *Geuaerts* 38 Texitur *m*, Texitus *M* torus *MA* (chorus *a*) 41 thiasis *Ma*, thyasis *A′* 43 Thestius *Markl.* 44 cestibus *MA*, testibus *a*, *corr.* ς *Parm. Dom.*, caedibus *Markl.*, uestibus *Baehrens*, questibus *Otto*, *fuit cum* coetibus *conicerem, coll. u. 153 (nam 'coronae' de spectatoribus dictum)*

annua ueloci peragunt certamina lustro.
hic templis inscriptus auo gaudente sacerdos
paruus adhuc similisque tui, cum prima nouercae
monstra manu premeres atque exanimata doleres.
　Sed quaenam subiti, ueneranda, exordia templi,
dic age, Calliope; socius tibi grande sonabit
Alcides tensoque modos imitabitur arcu.
　Tempus erat, caeli cum torrentissimus axis
incumbit terris ictusque Hyperione multo
acer anhelantis incendit Sirius agros.
iamque dies aderat, profugis cum regibus aptum
fumat Aricinum Triuiae nemus et face multa
conscius Hippolyti splendet lacus; ipsa coronat
emeritos Diana canes et spicula terget
et tutas sinit ire feras, omnisque pudicis
Itala terra focis Hecateidas excolit idus.
ast ego, Dardaniae quamuis sub collibus Albae
rus proprium magnique ducis mihi munere currens
unda domi curas mulcere aestusque leuare
sufficerent, notas Sirenum nomine rupes
facundique larem Polli non hospes habebam,
assidue moresque uiri pacemque nouosque
Pieridum flores intactaque carmina discens.
　Forte diem Triuiae dum litore ducimus udo
a*n*gustasque fores adsuetaque tecta grauati

---

46 adscriptus *Markl.* 48 dolores *MA, corr.* ς *a* 53 auctusque *Markl.*, ictosque *Rothstein, tu lectionem traditam tenebis* 55 artum *conieci* 58 terget *MA*, tergit *a*, 60 echateidas *M*, hecateias *a*, hecateidas *A*, Hecataeas *Bentl.* 69 Augustasque *MA, corr.* ς grauatis *MA, corr. a*

frondibus et patula defendimus arbore soles,
delituit caelum et subitis lux candida cessit
nubibus a*c* tenuis grauiore Fauonius Austro
immaduit; qualem Lib*y*ae Saturnia nimbum
attulit, Iliaco dum diues Elissa marito
donatur testesque ululant per deuia Nymphae.
diffugimus, festasque dapes redimitaque uina
abripiunt famuli: nec quo conuiuia migrent
(quamuis innumerae gaudentia rura superne
insedere domus et multo culmine diues
mons nitet), instantes sed proxima quaerere nimbi
suadebant laesique fides reditura sereni.
stabat dicta sacri tenuis casa nomine templi
et magnum Alciden humili lare parua premebat,
fluctiuagos nautas scrutatoresque profundi
uix operire capax. huc omnis turba coimus,
huc epulae ditesque tori c*oe*tusque ministrum
stipantur nitidaeque cohors gratissima Pollae.
non cepere fores, angustaque deficit aedes.
erubuit risitque deus dilectaque Polli
corda subit blandisque uirum complectitur ulnis:
'Tune' inquit 'largitor opum, qui ment*e* profusa
tecta Dicarchei pariter iuuenemque replesti
Parthenopen? nostro qui tot fastigia monti,
tot uirides lucos, tot saxa *i*mitantia uultus

---

71 Dilicuit *M, corr. m* condita *Heins.* 72 at *M,* & *a,* ac ς *A'* 73 librae *M, corr. m* 77 arripiunt Á (arripiant *a*) 82 sacris *Markl.* 86 coitusque *MA**, coetusque ς 90 animum *Markl.*, ultro *Schrader* 91 menta *M, corr. Dom.* 92 Dicarcheae *Markl.*, Dicaearchi *Krohn (cf. IV 8, 8)* mitemque *Markl.* 94 mitantia *M,* micantia *a,* imitantia ς *A'*

aeraque, tot scripto uiuentes lumine ceras
fixisti? quid enim ista domus, quid terra, priusquam
te gauderet, erant? longo tu tramite nudos
texisti scopulos, fueratque ubi semita tantum,
nunc tibi distinctis stat porticus alta columnis,
ne sorderet iter. curui tu litoris ora
clausisti calidas gemina testudine nymphas.
uix opera enumerem; mihi pauper et indigus uni
Pollius? et talis hilaris tamen intro penates
et litus, quod pandis, amo. sed proxima sedem
despicit et tacite ridet mea limina Iuno.
da templum dignasque tuis conatibus aras,
quas puppes uelis nolint transire secundis,
quo pater aetherius mensisque accita deorum
turba et ab excelso ueniat soror hospita templo.
nec te, quod solidus contra riget *u*mbo maligni
montis et immenso non umquam exe*s*us ab aeuo,
terreat: ipse adero et conamina tanta iuuabo
asperaque inuitae perfringam uiscera terrae.
incipe et Herculeis fidens hortatibus aude.
non Amphioniae steterint uelocius arces
Pergameusue labor'.
Dixit mentemque reliquit.

---

97 erat *Aldinae*, ero *Baehrens* 100 oras *M*, *corr.* ς 101 lymphas ς 109 tecto *Markl.* 110 ambo *M (teste Souter)* 111 immenso *M*, inuerso *a*, inmenso *A* non umquam exeus *M*, nonunq. exeuus *a*, nō unq. exesus *A* (exesus *etiam* ς), non usquam exesus *Baehrens*, nondum ⟨us⟩quam exesus *temptabam*

116 monitumque *Polster praeter necessitatem, cum illud* mentemque reliquit *idem ualeat, quod 'eam Pollio mentem iniecit' (Theb. X 162. 673): uid. Markl. ad u. 90*

nec mora, cum scripta formatur imagine tela.
innumerae coiere manus: his *ca*edere siluas
et leuare trabes, illis immergere curae
fundamenta solo. coquitur pars umida terrae
protectura hiemes atque exclusura pruinas,
indomitusque silex curua fornace liquescit.
praecipuus sed enim labor est excindere dextra
oppositas rupes et saxa negantia ferro.
hic pater ipse loci positis Tirynthius armis
insudat ualidaque solum deforme bipenni,
cum graue nocturna caelum subtexitur umbra,
ipse fodit: *cau*tesque capr(*a*)e uiridesque resultant
Taurubulae, et terris ingens redit aequoris echo.
non tam grande sonat motis incudibus Aetne,
cum Brontes Steropesque ferit, nec maior ab antris
Lemniacis fragor est, ubi flammeus aegida caelat
Mulciber et castis exornat Pallada donis.
decrescunt scopuli, et rosea sub luce reuersi
artifices mirantur opus. uix annus anhelat
alter, et ingenti diues Tirynthius arce
despectat fluctus et iunctae tecta nouercae
prouocat et dignis inuitat Pallada templis.

Iam placidae dant signa tubae, iam fortibus ardens
fumat harena sacris. hos nec Pisaeus honores
Iuppiter aut Cirrhae pater aspernetur opacae.

---

117 conscripta ς 118 cedere *MA* (credere *a*), *corr.* ς 119 trahes *M*, *corr. m* immergere *M*, iniungere *a*, inmergere *A* 120 umida *M*, inuida *a*, uuida *Dom.*, humida *A* 128 cautesque caprae *scripsi*, ditesque capre *M*, dites Capreae ς 129 *an* Tauroborae? 137 uictę *a*, iunctae *M*, uinctae *uel* iunctae *A* 138 dignus *M*, *corr.* ς 139 iam insontibus *Markl.*

nil his triste locis; cedat lacrimabilis Isthmos,
cedat atrox Nemee: litat hic felicior infans.
ipsae pu*m*iceis uirides Nereides antris
exiliunt: ultro scopulis umentibus haerent
nec pudet occulte nudas spectare palaestras.
spectat et Icario nemorosus palmite Gaurus
siluaque, quae fixam pelago Nesida coronat,
et placidus Limon *o*menque Euploea carinis
et Lucrina Venus, Phrygioque e uertice Graias
ad*t(en)uas*, Misene, tubas, ridetque benigna
Parthenope gentile sacrum nudosque uirorum
certatus et parua suae simulacra coronae.
quin age et ipse libens proprii certaminis actus
inuicta digna*re* manu, seu nubila disco
findere seu uolucres Zephyros praecedere telo
seu tibi dulce † manu Lib*y*cas nodare palaestras:
indulge sacris et, si tibi poma supersunt
Hesperidum, gremio uenerabilis ingere Pollae;
nam capit et tantum non degenerabit honorem.

---

143 nemees *M* 144 puniceis *MA* Dom., corr.* ς *a*
145 *distinxi;* exiliunt ultro, scopulis *uulgo,* et scopulis *edd. ante Baehrensianam* (scopulisque *Baehr.*) umentibus *M,* uiuentibus *a,* humentibus *Á* haerent *M,* arcent *a,* hercê *Á* (herent *Dom.*) 148 cinctam *Markl.* 149 limo numemque *M,* limo numenque *M*[1]*a,* limen *Dom.,* limon *Pol.,* Limon omenque *Guyet*
151 adtenuas *scripsi,* Addisces *MA,* adsciscis *Markl.,* Phrygiasque e u. Graio Admisces *Baehrens,* Addiscens *Rothstein* 155 digna *M, corr. m* 156 praeuertere ς 157 dulce magis *Schrader,* minus Libycas *(i. aduersario tuo non futuras exitio) Korsch, an* aftu Libycas *(scil. non exitu)?* libicas *M,* liquidas *Markl.*
nodare *MA,* nudare ς *a* manus liquida nodare palaestra *Otto* 160 degener ambit *Gronou.*

quod si dulce decus uiridesque resumeret annos,
(da ueniam, Alcide!) fors hic et pensa tulisses.
Haec ego nascentes laetus bacchatus ad aras
libamenta tuli. nunc ipse in limine; cerno
soluentem uoces et talia dicta ferentem:
'Macte animis opibusque meos imitate labores,
qui rigidas rupes infecundaeque pudenda
naturae deserta domas et uertis in usum
lustra habitata feris foedeque latentia profers.
munere quo tibi nunc meritorum praemia soluam,
quas referam grates? Parcarum fila tenebo
extendamque colus (duram scio uincere Mortem),
auertam luctus et tristia damna uetabo
teque nihil laesum uiridi renouabo senecta
concedamque diu iuuenes spectare nepotes,
donec et hic sponsae maturus et illa marito,
rursus et ex illis suboles noua grexque proteruus
nunc umeris inreptet aui, nunc agmine blando
certatim placidae concurrat ad oscula Pollae.
nam templ*i*s numquam statuetur terminus aeui,
dum me flammigeri portabit machina caeli.
nec mihi plus Nemee priscumque habitabitur Argos
nec Tiburna domus solisque cubilia Gades'.
Sic ait et tangens surgentem altaribus ignem

---

162 huic ς 163 laetum *Barth* bacchator *Slater*
164 ipse *Ma*, ipso ς, ipsum *Dom.* *distinxit ante* cerno *Macnaghten*
165 serentem *Heins.* 169. 170 profers. Munere quo *scripsi*, profers Numina. quae *M*, flumina *Rothstein*, lumina *Korsch*
171 renebo *Heins.* 172 duram *M*, dirā *a*, durā *A*
180 templus *M*, *corr.* *m* 182 priscumue *Markl.* argus *Ma*, argos *A*

populeaque mouens albentia tempora silua
et Styga et aetherii iurauit fulmina patris.

II.

PROPEMPTICON MAECIO CELERI.

Di, quibus audaces amor est seruare carinas
saeuaque uentosi mulcere pericula ponti,
sternite molle fretum placidumque aduertite uotis
concilium, et le*n*is non obstrepat unda precanti:
Grande tuo rarumque damus, Neptune, profundo
depositum. iuuenis dubio committitur alto
M*ae*cius atque animae partem super aequora nostrae
maiorem transferre parat. proferte benigna
sidera et antemnae gemino considite cornu,
O*e*balii fratres: uobis pontusque polusque
luceat, Iliacae longe nimbosa sororis
astra fugate, precor, totoque excludite caelo.
uos quoque, caeruleum ponti, Nereides, agmen,
quis honor et regni cessit fortuna secundi
(dicere quae magni fas sit mihi sidera ponti!),
surgite de uitreis spumosae Doridos antris
Baianosque sinus et ⟨*an*⟩*he*la tepentibus undis

II. PROPEMPTICON MECIO CELERI *M*, Propempticon Mecio Celeri *A*
4 leuis *Ma*, lenis ς *A* 6 dubiae—alno *Markl.* 7 Metius *M*[1] (t *ex* c) 10 Obalii *M*, *corr.* ς *Seru. in Verg. G. IV 125: 'de Castore et Polluce ait Statius* Oebalidae fratres' *(uidetur autem Theb. V 438:* 'Oebalidae gemini' *respexisse)* 12 tutoque *Baehrens* 13 ponti *nondum sanatum*, diuae ς, Phorci *Krohn, equidem* fundi *uel* centum *malim* 15 quas *Heins.* 17 anhela *scripsi*, feta *M*, fota *Wakefield*

litora tranquillo certatim ambite natatu,
quaerentes ubi celsa ratis, qua*m* scandere gaudet
nobilis Ausoniae Celer armipotentis alumnus.
nec quaerenda diu; modo nam trans aequora terris
prima Dicarcheis Pharium grauis intulit annum,
prima salutauit Capreas et margine dextro
sparsit Tyrrhenae Mareotica ui*n*a Mineruae.
huius utrumque latus molli praecingite gyro,
partitaeque uices uos stuppea tendite mali
uincula, uos summis adnectite sipara uelis,
uos Zephyris aperite sinus; pars transtra reponat,
pars demittat aquis curuae moderamina puppis;
sint quibus exploret pr*ens*os grauis artemo *corbes*;
quaeque secuturam religent post terga phaselon
uncaque summersae penitus retinacula uellant;
temperet haec aestus pelagusque inclinet ad ortus:
officio careat glaucarum nulla sororum.
hinc multo Proteus geminoque hinc corpore Triton
praenatet, et subitis qui perdidit inguina monstris
Glauc*us* adhuc patriis quotiens adlabitur oris
litoream blanda feriens Anthedona cauda.
tu tamen ante omnes, diua cum matre Palaemon,
annue, si uestras amor est mihi pandere Thebas,
nec cano degeneri Phoebeum Amphiona plectro.
et pater, Aeolio frangit qui carcere uentos,

---

19 qua *M, corr. Barth* 22. 23 Pharium — salutauit *om. a, add. A* 24 uina ς, uiua *M* 30 explorent primos (primos *etiam A*) grauis arte molorchos (molorcus *A*) *M*, exploret *Dom.*, artemo *Scaliger*, prensos—corbes *scripsi*, plenos—lintres *Schwartz* (primos—lembos *Vollmer*, primas—barcas *Klotz*) 37 Glaucas *M, corr.* ς patriis quotiens *MA*, quotiens patriis *a*

cui uarii flatus omnisque per aequora mundi
spiritus at*que* hiemes nimbosaque nubila parent,
artius obiecto Borean Eurumque Notumque
monte premat: soli Zephyro sit copia caeli,
solus agat puppes summasque supernatet undas
assiduus pelago; donec *cita*, turbine nullo
laesa, Paraetoniis adsignet carbasa ripis.
  Audimur. uocat ipse ratem nautasque morantes
increpat. ecce meum timido iam frigore pectus
labitur et nequeo, quamuis mo*n*et ominis horror,
claudere suspensos oculorum in margine fletus.
iamque ratem terris diuisit fune soluto
nauita et angustum deiecit in aequora pontem.
saeuus ⟨*et*⟩ e puppi longo clamore magister
dissipat amplexus atque oscula fida reuellit,
nec longum cara licet in ceruice morari.
attamen in terras e plebe nouissimus omni
ibo nec egrediar nisi iam ⟨*nutante*⟩ carina.
  Quis rude et abscissum miseris animantibus aequor
fecit iter solidaeque pios telluris alumnos
expulit in fluctus pelagoque immisit hianti
audax ingenii? nec enim temeraria uirtus

---

43 mundi *M*, ponti *Heins.*, *an* manat? *cf. Cic. nat. d. I 40: 'quique aer per maria manaret'* 44 atque *Pol.*, at *M* (ast *a*)
48 cita *scripsi*, tua *M* 49 laesa *Heins.*, laeta *M* 52 monet *Parm.*, mouet *M* 55 augustum *M, corr.* ς 56 et *om. M, add.* ς, Serius e *a*, Seuus et *A* 60 ⟨nutante⟩ *inserui, om. M*, ⟨cedente⟩ ς *Dom.*, ⟨currente⟩ *u. d. (non Politianus) in ex. Cors. ed. pr.*, ⟨fluitante⟩ *Karsten* 61 rude in abscissum *Baehrens* abscisum *M, corr.* ς mortalibus *Bentl. (at cf. Theb. III 552)* 63 hiantes *M, corr.* ς

illa magis, summae gelidum quae Pelion Ossae
iunxit anhelantemque iugis bis pressit Olympum.
usque adeone parum lentas transire paludes
stagnaque et a*n*gustos summittere pontibus amnes?
imus in abruptum gentilesque undique terras
fugimus exigua clausi trabe et aëre nudo.
inde furor uentis indignataeque procellae
et caeli fremitus et fulmina plura Tonanti.
ante rates pigro torpebant aequora somno,
nec spumare Thetis nec spargere nubila fluctus
audebant. uisis tumuerunt puppibus undae,
inque hominem surrexit hiems. tunc nubila Plias
Oleniumque pecus, solito tunc peior Orion.

Iusta queror: fugit ecce uagas ratis acta per undas
paulatim minor et longe seruantia uincit
lumina, tot gracili ligno complexa timores,
qua*e*que super reliquos te, nostri pignus amoris,
portat ⟨*au*⟩*ara*, Celer. quo nunc ego pectore somnos
quoue queam perferre dies? quis cuncta pauenti
nuntius, an facili te praetermiserit unda
Lucani rabida ora maris, num torta Charybdis
fluctuet aut Siculi populatrix uirgo profundi,
quos tibi currenti praeceps gerat Hadria mores,
quae pax Carpathio, quali te subuehat aura
Doris Agenorei furtis blandita iuuenci?

---

66 ter pressit *Waller* 68 augustos *M, corr.* ς 70 exigua fugimus *Phillimore*, undique — Iu(n)gimus *malim* 75 gaudebant *Markl.* 81 quaeque *Dom. (inde Pol.)*, Quaque *MA*, teque *Markl.*

82 portat auara *scripsi*, portatura *M* (portat dura *commendaueram a. 1892*) 82 quos *et* 83 Quosue *M, corr. Rossberg et Skutsch* 84 facilis *M, corr. Dom. (inde Pol.)*

Sed merui questus. quid enim te castra petente
non uel ad ignotos ibam comes impiger Indos
Cimmeriumque chaos? starem prope bellica regis
signa mei, seu tela manu seu frena teneres,
armatis seu iura dares; operumque tuorum
etsi non socius, certe mirator adessem.
si quondam magno Phoenix reuerendus Achilli
litus ad Iliacum Thymbraeaque Pergama uenit
imbellis tumidoque nihil iuratus Atridae,
cur nobis ignauus amor? sed pectore fido
numquam abero longisque sequar tua carbasa uotis.
Isi, Phoroneis olim stabulata sub antris,
nunc regina Phari numenque Orientis anheli,
excipe multisono puppem Mareotida sistro
ac iuuenem egregium, Latius cui ductor Eoa
signa Palaestinasque dedit frenare cohortes,
ipsa manu placida per limina festa sacrosque
duc portus urbesque tuas. te praeside noscat,
unde paludosi fecunda licentia Nili,
cur uada desidant et ripa coerce*a*t undas,
Cecropio stagna*nte* luto; cur inuida Memphis,
curue Therapnaei lasciuiat ora Canopi;
cur seruet Pharias Lethaeus ianitor aras,
uilia cur magnos aequent animalia diuos;
quae sibi praesternat uiuax altaria Phoenix,
quos dignetur agros aut quo se gurgite Nili

92 Cimmeriumque *M*, Cimeriumque *a*, Chimeriumque *A* bellica Orestis *nescio quis (conf. Ouid. rem. 589: 'Semper habe Pyladen aliquem, qui curet Orestem')* 109 coercent *M*, coherceret *a*, coherceat *A* 110 stagnata *MA*, *corr.* ς *(cf. I 5, 43)* 112 arces *Bentl. (cf. Dobree Aduers. II 375)*

mergat adoratus trepidis pastoribus Apis.
duc et ad Emathios manes, ubi belliger urbis
conditor Hyblaeo perfusus nectare durat,
anguiferamque domum, blando qua mersa ueneno
Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas.
usque et in Assyrias sedes mandataque castra
prosequere et Marti iuuenem, dea, trade Latino.
nec nouus hospes erit: puer his sudauit in ar*u*is
notus adhuc tantum maioris *l*umine claui,
iam tamen et turmas facili praeuertere gyro
fortis et Eoas iaculo damnare sagittas.
  Ergo erit illa dies, qua te maiora daturus
Caesar ab emerito iubeat discedere *ua*llo.
a*t* nos hoc iterum stantes in litore uastos
cernemus fluctus aliasque rogabimus auras.
o tum quantus ego aut quanta uotiua mouebo
plectra lyra, cum me magna ceruice ligatum
attolles umeris atque in mea pectora primum
incumbes e puppe nouus seruataque reddes
colloquia inque uicem medios narrabimus annos:
tu rapidum Euphraten et regia Bactra sacrasque
antiquae Babylonis opes et Zeu*g*ma, Latinae
pacis iter; qua*m* dulce nemus florentis Idymes;

---

119 quaqua mersa *M*, qua (ς) morsa *Heins.*, qua mersa ueterno *Markl.* 123 hic ς armis *M*, *corr.* ς 124 numine *MA**, *corr. Nohl*, munere ς *a* 125 facilis *Otto* 128 decedere *Baehrens* bello *M*, *correxi* 129 at ς *Pol.*, Ac *M* *uersum* 135 *subsequitur* 134 *in M*, b *et* a *praescripsit* M^1 134 Incumbens *M*, Incumbes ς *A* 135 euphraten & batra sacręque *a*, medios narrabimus annos *A* 136 *om. a*, *add. A* (ra sacrasque *recisa*) 137 zeuma *MA* (zirna *a*), *corr. Dom.* 138 qua *M*, *corr. Baehrens*

qua*e* pre*t*iosa T*y*ros, rubeat qu*o* purpura suco
Sidoniis iterata uadis; ubi germine primum
candida felices sudent opobalsama uirgae:
ast ego, deuictis dederim quae busta Pelasgis
quaeue laboratas claudat mihi pagina Thebas.

III.

CONSOLATIO AD CLAVDIVM ETRVSCVM.

Summa deum, Pietas, cuius, gratissima caelo,
rara profanatas inspectant numina terras,
huc uittata comam niueoque insignis amictu
(qualis, adhuc praesens nullaque expulsa nocentum
fraude, rudes populos atque aurea regna colebas)
mitibus exequiis ades et lugentis Etrusci
cerne pios fletus † laudataque lumina terge.
nam quis inexpleto rumpentem pectora questu
complexumque rogos incumbentemque fauillis
aspiciens non aut primaeuae funera plangi
coniugis aut nati modo pubescentia credat
ora rapi flammis? pater est, qui fletur. adeste

---

139 Qua praeciosa tiros rubeat qua purpura suco *M*, quo pretiosa Tyros rubeat, quo purpura fuco *Gronou.*, quae pretiosa, nigrans rubeat quo *nos olim* 140 cadis *Gronou.* 140. 141 ubi candida primum Germine f. s. o. u. *nescio quis* 142 iusta *Heins.* pelagis *M, corr.* ς 143 Quaeue *M*, Quęque *a*, Quęue *A*

III. CONSOLACIO · ADCLAVDIVM · ETRVSCVM *M*, Claudii Etrusci pietas *a*, '*in marg. dextr. uerba scripta fuisse uidentur, sed non possunt dinosci A*' *(Engelman)* 7 lassataque *Hand*, foedataque *Polster*, undataque *Korsch*, saturataque *conieci* (lustrataque *temptaueram, coll. Paul. epit. Festi p. 295 l.* '*Silicernium*')

dique hominesque sacris. procul hinc, procul ite nocentes,
si cui corde nefas tacitum fessique senectus
longa patris, si quis pulsatae conscius umquam
matris et inferna rigidum timet Aeacon urna:
insontes castosque uoco. tenet ecce seniles
leniter implicit*us* uultus sanctamque parentis
canitiem spargit lacrimis animaeque supremum
frigus amat; celeres genitoris filius annos
(mira fides) nigrasque putat properasse Sorores.
  Exultent placidi Lethaea ad flumina manes,
Elysiae gaudete domus; date serta per aras
festaque pallentes hilarent altaria lucos:
† felix et nimium felix plorataque nato
umbra uenit. longe Furiarum sibila, longe
tergeminus custos, penitus uia longa patescat
manibus egregiis. eat horrendumque silentis
accedat domini solium gratesque supremas
perferat et totidem iuueni roget anxius annos.
  Macte pio gemitu! dabimus solacia dignis
luctibus Aoniasque tuo sacrabimus ultro
inferias, Etrusce, seni. tu largus Eoa
germina, tu messes Cilicumque Arabumque superbas
merge rogis; ferat ignis opes heredis et alto
aggere missuri nitido pia nubila caelo

---

15 umbram *Markl.*, anguem *Postgate, possis* unguem *(Pausan. X 28, 4. Ib. 144. 154)* 18 implicitor *M*, implicitos ς *a*, ĩplicitor *A**, *corr.* ς 25 felix heu *Dom.*, ter *Heins.*, a *Baehrens*, en *Polster*, haec *Slater*, *an* flebilis, a n. f., p.? (*Theb. VI 245, XII 77, Hor. c. I 24, 9*) 28 horrendique silentum *conieci* 30 Perferat *M*, Prȩferet *a*, Prȩferat *A* 32 aoniasque *MA** (aut animasque *a*) 33 largus *M*, largius *M*[1] 34 superbis ς

stipentur *census*: nos non arsura feremus
munera, uenturosque tuus durabit in annos
me monstrante dolor. neque enim mihi flere parentem
ignotum: simil*em* gem*ui* proiectus ad ignem.
ille mihi tua damna dies compescere cantu
suadet: et ipse tuli quos nunc tibi confero questus.
Non tibi clara quidem, senior placidissime, gentis
linea nec proauis demissum stemma, sed ingens
suppleuit fortuna genus culpamque parentum
occuluit. nec enim dominos de plebe tulisti,
sed quibus occasus pariter famula*n*tur et ortus.
nec pudor iste tibi: quid enim terrisque poloque
parendi sine lege manet? [uice cuncta geruntur
alternisque premunt. propriis] sub regibus omnis
terra; premit felix regum diademata Roma;
hanc ducibus frenare datum; mox crescit in illos
imperium superis. sed habent et numina legem:
seruit et astrorum uelox chorus et uaga seruit
luna nec iniussae totiens redit orbita lucis,
et, modo si fas est aequare iacentia summis,
pertulit *Arg*iui Tirynthius horrida regis
pacta, nec erubuit famulantis fistula Phoebi.

---

37 census *scripsi*, cineres *M* 40 similis *M*, *corr. Barth*, similes — ignes *Markl.* gemini *M*, geminū *a*, gemui *A* 45 labemque par. *Schrader*, stirpemque par. *conieci (cf. V 2, 17)* 46 nec *MA*, neque *a* 47 famulantur *M*, simulantur *a*, famulatur *A*, famulantur *Pol.* 49 *sq.* uice — propriis *seclusi* 49 reguntur *Geuaerts*, premuntur *Korsch* 50 regunt *Liuineius* 52 dulcibus *M, corr.* ς 55 iniussi — Solis *Markl.* 56 sic modo si *Baehrens* 57 Argiui *Markl. (III 1, 23. 182. cf. Valer. Fl. I 107)*, et saeui *M*, Eurysthei *Markl. maluit*, aequaeui *Phillimore*, ignaui *nos olim*

Sed neque barbaricis Latio transmissus ab oris:
Smyrna tibi gentile solum potusque uerendo
fonte Meles Hermique uadum, quo Lydius intrat
Bacchus et aurato reficit sua cornua limo.
Laeta dehinc series uariisque ex ordine curis
auctus honos; semperque grad*i* prope numina, semper
Caesareum coluisse latus sacrisque deorum
arcanis haerere datum.
T*i*bereia primum
aula tibi, uixdum ora noua mutante iuuenta,
panditur. hic, annis *nimi*a super indole uictis,
libertas oblata uenit. nec proximus heres,
immitis quamquam et furiis agitatus, abegit.
hinc e*s* in Arctoas tenuis comes usque pruinas
terribilem adfatu passus uisuque tyrannum
immanemque suis, ut qui metuenda ferarum
corda domant mersasque iubent iam sanguine tacto
reddere ab ore manus et nulla uiuere praeda.
praecipuos sed enim merito surrexit in actus
nondum stelligerum senior dimissus in axem
Claudius et L*ati*o transmittit habere *paren*ti.

---

61 rore Meles *malim* lilius *M. corr.* ς 64 gradu *M, corr. Meurs*, gradus *Peyrarède* 66 thybereia *M*, tymbreia *a*, tybereia *A* 68 nimia *scripsi*, multa *M*, pulcra *Markl.*, multum *Otto in* super *offendit Barth: fuitne* semel? 69 optata *Hirschfeld* 71 l'huic *A'*, hunc *Aldina* es *scripsi*, et *M* sequeris comes *Rothstein*, tendis comes *Phillimore*, *ego uero de* tenuis *illo ita interpretor, ut comitans Caesarem intellegatur libertus: hunc certe iis a uiris senatorii ordinis seiungi decebat, qui proprie 'comites Augusti' appellabantur* 73 subis *Hirschfeld* quie *M, corr.* ς 76 subuexit *Heins.*, secreuit *scripserim* artus *MA, corr.* ς 77 demissus *M, corr. Peyrarède* 78 Latio — parenti *scripsi*, longo —

quis superos metuens pariter tot templa, tot aras
promeruisse datur? summi Iouis aliger Arcas
nuntius; imbrifera potitur Thaumantide Iuno;
stat celer obsequio iussa ad Neptunia Triton:
tu totiens mutata ducum iuga rite tulisti
integer, inque omni felix tua cumba profundo.

Iamque piam lux alta domum praecelsaque toto
intrauit Fortuna gradu; iam creditur uni
sanctarum digestus opum partaeque per omnis
diuitiae populos magnique impendia mundi:
quicquid ab auriferis eiectat Hiberia fossis,
Dalmatico quod monte nitet, quod messibus Afris
uerritur, aestiferi quicquid terit area Nili,
quodque legit mersus pelagi scrutator Eoi,
et Lacedaemonii pecuaria culta Galaesi
perspicuaeque niues Massylaque robora et Indi
dentis honos; uni parent commissa ministro
quae Boreas quaeque Eurus atrox, quae nubi*l*us Auster
inuehit: hibernos citius numeraueris imbres
siluarumque comas.
Vigil*as* anim*i*que sagacis
se(*n*)si*b*us euolui*s* quantum Romana sub omni
pila die quantumque tribus, quid templa, quid alti
undarum cursus, quid propugnacula poscant
aequoris aut longe series porrecta uiarum;

---

nepoti *M* 79 superum *Lotich* 81 colitur *Heins.* 82 nat *Heins.* 87 omnis *MA*, omnes *a* 89 helberia *M*, *corr.* ς 96 nubibus *M*, *corr.* ς *Pol.* 98 uigilas *scripsi*, uigilite *MA* (uigil ite *sep.* *M*[1]), uigil idem *Leo* animaeque *M*, *corr.* *Saumaise* 99 sensibus *scripsi*, Exitus *MA* (Excitus *a*), et citus *Saumaise* euoluis *Peyrarède*, euoluit *M*

quod domini celsis niteat laquearibus aurum,
quae diuum in uultus igni formanda liquescat
massa, quid Ausoniae scriptum crepet *ungu*e Monetae.
Hinc tibi rara quies animoque exclusa uoluptas,
exiguaeque dapes et numquam laesa profundo
cura mero; sed iura tamen genialia cordi
et mentem uincire toris ac iungere festa
conubia et fidos domino genuisse clientes.
Quis sublime genus formamque insignis Etruscae
nesciat? haud qua(*m*)quam proprio mihi cognita uisu,
sed decus eximium, famae par, reddit imago,
et sibimet similis natorum gratia monstrat.
nec uulgare genus: fasces summamque curulem
frater et Ausonios enses mandataque fidus
signa tulit, cum prima truces amentia Dacos
impulit et magno gens est damnata t*r*iumpho.
sic qui*c*quid patrio cessatum a sanguine, mater
reddidit, obscurumque latus clarescere uidit
conubio gauisa domus. nec pignora longe;
quippe bis ad partus uenit Lucina manuque
ipsa leui grauidos tetigit fecunda labores.
felix a! si longa dies, si cernere uultus
natorum uiridisque genas tibi iusta dedissent
stamina. sed media cecidere abrupta iuuenta
gaudia, florentesque manu scidit Atropos annos;
qualia pallentes declinant lilia culmos

---

105 ungue *scripsi*, igne *M*, arce *Schrader* 109 mulcere *Markl.* 111 decus *Markl., fuit qui* iubar *coniceret* 112 quaquam *MA*, *corr.* ς 114 Vultibus et sibimet similes *MA**, *corr. Skutsch, eiecto glossemate* 122 fecunda *et* 123 Lucina *Postgate* 124 o ς

pubentesque rosae primos moriuntur ad Austros,
aut *u*bi uerna nouis expirat purpura pratis.
illa sagittiferi circumuolitastis Amores
funera maternoque rogos unxistis amomo;
nec modus aut pennis laceris aut crinibus ignem
spargere, collectaeque pyram struxere pharetrae.
quas tunc inferias aut quae lamenta dedisses
maternis, Etrusc*e*, rogis, qui funera patris
haud matura putas atque hos pius ingemis annos!

Illum et qui nutu superas nunc temper*a*t arces,
progeniem claram terris partitus et astris,
laetus Idymaei donauit honore triumphi
dignatusque loco uictricis et ordine pompae
non uetuit, tenuesque nihil minuere parentes.
atque idem in cuneos popul*o* deduxit equestres
mutauitque genus laeuaque ignobile ferrum
exuit et celso natorum aequauit honor*i*.

Dextra bis octonis fluxerunt saecula lustris,
atque aeui sine nube tenor. quam diues in usus
natorum totoque uolens excedere censu,
testis adhuc largi nitor inde adsuetus Etrusci,
cui tua non humilis dedit indulgentia mores;
hunc siquidem amplexu semper reuocante tenebas

128—130 *cf. titul. Afric. ap. Buecheler, carm. epigr. 1787*
130 tibi *M, corr.* ς 132 maternosque *M, corr.* ς 134 collataeque *Gronou.*, coniectaeque *Heins.* 136 etrusca *M, corr.* ς
138 temperet *M, corr.* ς 139 largitus *Baehrens* 141 dignarique *Schrader*, dignatumque *Koestlin* in ordine *Baehrens*
143 populos deduxit *M, corr. Otto*, populo te eduxit *Burmann*, populo seduxit *Baehrens* 145 honore *M*, honorem *Krohn*, celse— honori *Saumaise*

blandus et imperio numquam pater; huius honori
pronior ipse etiam gaudebat cedere frater.
Quas tibi deuoti iuuenes pro patre renato,
summe ducum, grates, aut quae pia uota rependunt!
tu (seu tarda situ rebusque exhausta senectus
erra*u*it, seu blanda diu Fortuna regressum
maluit) attonitum et uenturi fulminis ictus
horrentem tonitru tantum lenique procella
contentus monuisse senem; cumque horrida supra
aequora curarum socius procul Itala rura
linqueret, hic molles Campani litoris oras
et Diomedeas concedere iussus in arces
atque hospes, non exul, erat. nec longa moratus
Romuleum reseras iterum, Germanice, limen
maerentemque foues inclinatosque penates
erigis. haud mirum, ductor placidissime, quando
haec est quae uictis parcentia foedera Cattis
quaeque suum Dacis donat clementia montem,
quae modo Marcomanos post horrida bella uagosque
Sauromatas Latio non est dignata triumpho.
Iamque in fine dies et inexorabile pensum
deficit. hic maesti pietas me poscit Etrusci
qualia nec Siculae moderantur carmina rupes
nec fati iam certus olor saeuique marita
Tereos. heu quantis lassantem bracchia uidi
planctibus et prono fusum super oscula uultu!
uix famuli comitesque tenent, uix arduus ignis

---

155 rependunt *MA*, rependant ς   157 Errabit *M*, *corr. Dom.*
168 uictus *M*, uictis M^1 cattis *M*, captis *a*, catis *A*
174 modulantur *Bentl.*.

summouet. haud aliter gemuit per Su*n*ia Theseus
litora, qui falsis deceperat Aegea uelis.
tunc immane gemens foedatusque ora tepentes
adfatur cineres:
'Cu*r* nos, fidissime, linquis
Fortuna redeunte, pater? modo numina magni
praesidis atque breues superum placauimus iras:
nec frueris tantique orbatus muneris usu
ad manes, ingrate, fugis? nec flectere Parcas
aut placare malae datur aspera numina Lethes!
felix, cui magna patrem ceruice uehenti
sacra Mycenaeae patuit reue*re*ntia flammae,
quique tener saeuis genitorem Scipio Poenis
abstulit, et L*yd*i pietas temeraria Lausi!
ergo et Thessalici coniunx pensare mariti
funus et immitem potuit Styga uincere supplex
Thracius? hoc quanto melius pro patre liceret!
non totus rapiere tamen, nec funera mittam
longius; hic manes, hic intra tecta tenebo:
tu custos dominusque laris, tibi cuncta tuorum
parebunt; ego rite minor semperque secundus
assiduas libabo dapes et pocula sacris
manibus effigiesque colam: te lucida saxa,
te similem doctae referet mihi linea *cerae*,
nunc ebur et fu*lu*um uultus imitabitur aurum.

---

179 per Sunia *Polster*, periuria *M*, pia funera *Heins.*, per inania *Bursian*, per patria *Baehrens* 180 litore ς, lintea *Pol. (sed ipse reiecit)*, altera *Sandstroem* 181 querens *nescioquis* 182 cui *M, corr.* ς 189 reuentia *M, corr.* ς 191 lichi *uel* lidii *M, corr.* ς 201 nunc sim.? c&r& *M (*caerae *teste Souter)*, terrę *a, corr.* ς *Dom.*, *inde* cerę *A'* 202 fuulum *M*, *corr.* ς

inde uiam morum longaeque examina uitae
adfatusque pios mo*n*ituraque somnia poscam.'
Talia dicentem genitor dulcedine laeta
audit et immites lente descendit ad umbras
uerbaque dilectae fert narraturus Etruscae.
Salue supremum, senior mitissime patrum,
supremumque uale, qui numquam sospite nato
triste chaos maestique sit*us* patiere sepulcri:
semper odoratis spirabunt floribus arae,
semper et Assyrios felix bibet urna liquores
et lacrimas, qui maior honos. hic sacra litabit
manibus eque tua tumulum tellure leuabit.
nostra quoque exemplo meritus tibi carmina sancit
hoc etiam cinerem gaudens donasse sepulcro.

IV.

CAPILLI FLAVI EARINI.

Ite, comae, facilemque precor transcurrite pontum,
ite coronato recubantes molliter auro;
ite, dabit cursus mitis Cytherea secundos
placabitque Notos, fors et de puppe timenda

---

203 sanctaeque *Markl.* 204 morituraque *M, corr. Dom.* 207 cetret *M*[1] *in mg. (respicit ad u. 201)* 210 sitiss *M, corr.* ς 214 eque *MA*, atque *a*, inque *Markl.*, inque sua *Schrader* tumultum *M, corr.* ς 215 sanxit *Parm.*

IV. CAPILLI · FLAVI · IERINI *M*, Capilli flaui Earini *A* (*cf. epist.* § *3* 'capillos'), Coma Flavii Earini *Gronou. coniecit, coll. Sidon. Apollin. c. 22 epist.* § *6: 'comas Flauii Earini'* [*sic Sirmond, 'cumas flauii farini' libri*]: *hoc tamen e siluulae Papinianae u. 1 fluxisse Vollmero concedendum*

transferet inque sua ducet super aequora concha.
accipe laudatos, iuuenis Phoebeie, crines,
quos tibi Caesareus donat puer, accipe laetus
intonsoque ostende patri. sine dulce nitentes
comparet atque diu fratr*is* putet esse Lyaei.
forsan et ipse comae numquam labentis honorem
praemetet atque alio clusum tibi ponet in auro.
Pergame, pinifera multum felicior Ida!
illa licet sacrae placeat sibi *rup*e rapinae
(nempe dedit superis illum, quem turbida semper
Iuno uidet refugitque manum nectarque recusat),
at tu grata deis pulchroque insignis alumno
misisti Latio, placida quem fronte ministrum
Iuppiter Ausonius pariter Romanaque Iuno
aspiciunt et uterque probant. nec tanta potenti
terrarum domino diuum sine mente uoluptas.
Dicitur Idalios Erycis de uertice lucos
dum petit et molles agitat Venus aurea cygnos,
Pergameas intrasse domos, ubi maximus aegris
auxiliator adest et festinantia sistens
fata salutifero mitis deus incubat angui.
hic puerum egregi*a*e praeclarum sidere formae
ipsius ante dei ludentem conspicit aras.
ac primum subita paulum decepta figura
natorum de plebe putat; sed non erat illi
arcus et ex umeris nullae fulgentibus umbrae.

---

9 fratres *M*, *corr.* ς *A* liei *a*, lyei *A* 13 nube rapinae *M*, laude r. *Markl.*, iure r. *Korsch*, rupe r. *scripsi* (*Lucian. d. d. 20, 6:* ἀπὸ ταυτησὶ τῆς πέτρας αὐτὸν ἀνήρπασεν) 21 Idalios *corruptum*, Idaeos *corrigendum* 26 egregie *MA*, *corr.* ς 28 dubia *Heins.*, *an* dubitat—natorumq. e pl. p.?

miratur puerile decus, uultumque comasque
aspiciens: 'Tune Ausonias' ait 'ibis ad arces
neglectus Veneri? tu sordida tecta iugumque
seruitii uulgare feres? procul absit: ego isti,
quem meruit, formae dominum dabo. uade age mecum,
uade, puer: ducam uolucri per sidera curru
donum immane duci; nec te plebeia manebunt
iura: Palatino famulus deberis amori.
nil ego, nil, fateor, toto *t*am dulce sub orbe
aut uidi aut genui. cedet tibi La*t*m*i*us ultro
Sangariusque puer quemque irrita fontis imago
et sterilis consumpsit amor. te caerula Nais
mallet et adprensa traxisset fortius urna.
tu, puer, ante omnis; solus formosior ille,
cui daberis'. sic orsa leues secum ipsa per auras
tollit olorinaque iubet considere biga.
nec mora. iam Latii montes ueter*i*sque penates
Euand*r*i, quos mole noua pater inclitus orbis
excolit et summis aequat Germanicus astris.
  Tunc propior iam cura deae, quae forma capillis
optima, quae uestis roseos accendere uultus
apta, quod in digitis, collo quod dignius aurum.
norat caelestis oculos ducis ipsaque taedas
iunxerat et plena dederat conubia dextra:
sic ornat crines, Tyrios sic † fundit amictus,

---

34 procul procul *M*, *corr.* ς 38 honori *Rothstein* 39 iam *M*, *corr.* ς *Parm. Pol. (caue* toto iam dulcius orbe *legas)* cedat ς, cedant *Heins.* lamus *M* (lanius *a*), lamius *A*, *corr. Dom.* 47 ueteresque *M*, *corr. Barth* 48 Euandi *M*, *corr.* ς urbis ς 53 taedas *M*, cedas *a*, tedas *A* 54 prona *Markl.* 55 comit amictus *conicias, coll. Claud XXVIII 523—526:*

dat radios ignemque suum. cessere priores
deliciae famulumque greges; hic pocula magno
prima duci murrasque graues crystallaque portat
candidiore manu: crescit noua gratia Baccho.
care puer superis, qui praelibare uerendum
nectar et ingentem totiens contingere dextram
electus, quam nosse Getae, quam tangere Persae
Armeniique Indique petunt! o sidere dextro
edite, multa tibi diuum indulgentia fauit!
   Olim etiam, ne prima genas lanugo nitentes
carperet et pulchrae fuscaret *cr*asti(*n*)a formae,
ipse deus patriae celsam trans aequora liquit
Pergamon. haud *ui*li puerum mollire potestas
credita, sed tacita iuuenis Phoebeius arte
leniter haud ullo concussum uulnere corpus
de sexu transire iubet. tamen anxia curis
mordetur puerique timet C*y*ther*e*a dolores.
nondum pulchra ducis clementia coeperat or*bi*
intactos seruare mares; nunc frangere sexum
atque hominem mutare nefas, gauisaque solos
quos genuit Natura uidet, nec lege sinistra
ferre timent famulae natorum pondera matres.
tu quoque nunc iuuenis, genitus si tardius esses,

'ora puellae ...mater sollertior ornat Adueniente proco uestesque et cingula comit Saepe manu'   57 gregres *M*, *corr.* ς   60 *dist. Ruedeger*, care puer, superis qui *uulgabatur*   61 continguere *M*, *corr.* ς   62 Flectus *M*, *corr.* ς   66 gratia *M*, crastina *scripsi (Copa 37, Ouid. fast. III 352)*   68 illi *M*, ulli ς *Pol.*, alii *Phillimore*, uili *scripsi*   70 corpeus *MA**, *corr.* ς *Pol.*   72 cithera *M*, *corr.* ς   73 orbi *scripsi*, ortu *M*, artus *Postgate*   75 totos *Baehrens*, tutos *nescioquis*

umbratusque genas et adultos fortior artus
non unum gaudens Phoebea ad limina munus
misisses; patrias nunc solus crinis ad oras
nauiget.

Hunc multo Paphie saturabat amomo
†nunc noua tergemina pectebat Gratia dextra.
huic et purpurei cedet coma *s*aucia Nisi,
et quam Sperchio tumidus seruabat Achilles.
ipsi, cum primum niueam praecerpere frontem
decretum est umerosque manu nudare nitentes,
adcurrunt teneri Paphia cum matre uolucres
expediuntque comas et Serica pectore ponunt
pallia. tunc iunctis crinem incidere sagittis
atque auro gemmisque locant, rapit ipsa cadente*m*
mater et arcanos iterat Cytherea liquores.
tunc puer e turba, manibus qui forte supinis
nobile gemmato speculum portauerat auro,
'Hoc quoque demus', ait 'patri*i*s nec gratius ullum
munus erit templis ipsoque potentius auro:
tu modo fige aciem et uultus h*i*c usque relinque'.
sic ait et speculum reclusit imagine rapta.

A*t* puer egregius tendens ad sidera palmas:
'His mihi pro donis, hominum mitissime custos,
si merui, longa dominum renouare iuuenta

---

79 et *M*, *om. a*, *add. A* 81 crinis MA*, uictor ς *a*, nunc uertex solus ad oras *Dom.* 83 Nunc noua *M*, hunc noua ς, hunc quoque *Korsch*, nec non *conieci* 84 cedet *MA*, cedat ς *a* faucia *M*, Faucia A*, *corr.* ς *a* 91 cadentes *M*, *corr. Schrader* 92 arcano saturat C. liquore *Schrader* 95 patris *M*, *corr.* ς *Pol.* 97 huc *M*, *corr. Barth*, hos *Markl.* 98 seclusit *Gronou.* 99 Ac *M*, At ς *A*

atque orbi seruare uelis! hoc sidera mecum,
hoc undae terraeque rogant. eat, *oro*, per ann*o*s
Iliacos Pyliosque simul, propriosque penates
gaudeat et secum Tarpeia senescere templa'.
sic ait, et motas miratur Pergamos aras.

V.

⟨*ECLOGA AD CLAVDIAM VXOREM.*⟩

Quid mihi maesta die, sociis quid noctibus, uxor,
anxia peruigili ducis suspiria cura?
non metuo ne laesa fides aut pectore in isto
alter amor; nullis in te datur ire sagittis;
audiat infesto licet hoc Rhamnusia uultu;
non datur. et si egomet patrio de litore raptus
quattuor emeritis per bella, per aequora lustris
errarem, tu mille procos intacta fugares,
non intersectas commenta retexere telas,
sed sine fraude palam thalamosque armata negasses.
dic tamen, unde al*i*a mihi fronte et nubila uultus?
anne quod Euboicos fessus remeare penates
auguror et patria senium componere terra?
cur hoc triste tibi? certe lasciuia corde

103 ore *M*, oro ς *Dom. A'* annus *M*, *corr.* ς

V. VIA DOMITIANA *M*, ECLOGA AD VXOREM ς, Ad Claudiam ς *a (cf. epist. III* § 4: *'summa est ecloga, qua mecum secedere Neapolim Claudiam meam exhortor')* 1 Quis *M*, *corr.* ς *Dom.*, l'quid [*suprascr.*:] · Do · *A'* 7 emensis *Bentl.* 9 interfectas *M*, intersectas *et* inperfectas ς, iterum textas *Schrader*, inter noctes *Rossberg* 10 palam *M*, epulas *temptabam* 11 alia *Aldina*, alta *M*, alba *Cornelissen* 13 arguor *Heins.* 14 cordi *Dom.*

nulla nec aut † rapidi mulcem te † proelia Circi
aut intrat sensus clamosi turba theatri;
sed probitas et opaca quies et sordida numquam
gaudia.
Quas autem comitem te rapto per undas?
quamquam et si gelidas irem mansurus ad Arctos
ue*l* super Hesperiae uada caligantia Thyles
aut septemgemini caput *in*penetrabile Nili,
hortarere uias. etenim tua (nempe benigna
quam mihi sorte Venus iunctam florentibus annis
seruat et in senium), tua, quae me uulnere primo
intactum thalamis et adhuc iuuenile uagantem
fixisti, tua frena libens docilisque recepi,
et semel insertas non mutaturus habenas
usque premo. *tu* me nitidis Albana ferentem
dona comis sanctoque indutum Caesaris auro
uisceribus complexa tuis sertisque dedisti
oscula anhela meis; tu, cum Capitolia nostrae
infitiata lyrae, saeuum ingratumque † doleres
mecum uicta Iouem; tu procurrentia primis
carmina nostra sonis totasque in murmure noctes
aure rapis uigili; longi tu sola laboris

---

15 rapidi mulcent te ς, rabidi mulcent te *Wakefield*, trepidi m. te *Korsch*, rapiu(n)t mentem tibi *conieci* 16 damnosi *Baehrens*
20 Ves *M*, Vis *a*, Vel ς *A* 21 ut penetrabile *M*, haud penetr. ς *a*, inpenetrabile *A* 22 partirere *Baehrens* 24 seruet *Barth Markl. al.* 25 Intantum *M*, *corr.* ς calamis *Rossberg* 28 ter me *M*, therme *a*, *corr. Pol.* 29 comes *Ma*, *corr.* ς ($\overset{e}{c}$: comis *A'*) 32 doleres *MA* (dolorem *a*), dolebas *Dom.*, dolere *Krohn*, ingratumque <gr>auaris *conieci* 34 motasque in murmura uoces *Heins. et Markl.*

conscia, cumque tuis creuit mea Thebais annis.
qualem te nuper Stygias prope raptus ad umbras,
cum iam Lethaeos audirem comminus amnes,
aspexi, tenuique oculos iam morte cadentes.
scilicet exhausti Lachesis mihi tempora fati
te tantum miserata dedit, superique potentes
inuidiam timuere tuam. post ista propinquum
nunc iter optandosque sinus comes ire moraris?

Heu ubi nota fides totque explorata per usus,
qua ueteres Latias, Graias heroidas aequas?
isset ad Ilia*ca*s (quid enim deterret amantes?)
Penelope gauisa domos, si passus Vlixes;
questa est Aegiale, questa est Melib*oe*a relinqui,
*Ia*n*ige*n*a*m saeui fecerunt maenada planctus!
nec minor his tu nosse fidem † uictamque maritis
dedere. sic certe cineres umbramque priorem
quaeris adhuc, sic exequias amplexa canori
coniugis ingentes iterasti pectore planctus,
iam mea.

Nec pietas alia est tibi curaque natae;
sic et mater amas, sic numquam corde recedit
nata tuo, fixamque animi penetralibus imis

---

45 Graiasque ς, Graiu(m)q. *Markl.* 46 iliacos *M*, illiacas *a*, illiacos *A*, *corr.* ς 48 melibia *M*, melibea *a*, melibęa *A* questa Alphesiboea relinqui *temptabam* 49 Ianigenam *scripsi (Ouid. met. XIV 333—425)*, Et quamquam *M*, Et quam (quam saeui!) *Dom. Pol. al.* menala *a*, menada *A* 50 uictamque *M*, fictamque *a*, uictamque *A (et in mg.* firmam, *suprascr.:* · Do · *)*, tutamque *Parm.*, uitamque ς, totamque *Heins.*, inuictamque *Baehrens*, uittamque *Macnaghten*, luctumque *malim* 51 te dare *Heins.* 55 recedit corde *M*, *corr.* M^1 56 penetrabilibus *M*, *corr.* ς

nocte dieque tenes. non sic Trac*h*inia nidos
Alcyone, *uern*os non sic Philomela penates
circumit amplectens animamque in pignora transfert.
et nunc <*c*>*ur*a tenet, uiduo quod sola cubili
otia *t*am pulchrae terit infecunda iuuentae.
sed uenient, plenis uenient conubia taedis.
sic certe formaeque bonis anim*i*que meretur;
siue chelyn complexa † petit seu uoce paterna
discendum Musis sonat et mea carmina flectit,
candida seu molli diducit brachia motu:
ingenium probitas artemque modestia uincit.
nonne leues pueros, non te, Cytherea, pudebit
hoc cessare decus?

Nec tantum Roma iugales
conciliare toro*s* festasque accendere taedas
fertilis: et nostra generi tellure dabuntur.
non adeo Vesuuinus apex et flammea diri
montis hiems trepidas exhausit ciuibus urbes:
stant populisque uigent hi*nc* auspice condita Phoebo
tecta Dicarchei portusque et litora † mundi
hospita, at hinc magnae tractus imitantia Romae
quae Capys aduectis impleuit moenia Teucris,
nostra quoque et propriis † tenuis nec rara colonis

---

57 Trachinia ς *Dom.*, intracia *MA** 58 Alcinoe *a*, Alcione *Á* neruos *M*, *corr.* ς philomelia *M*, *corr.* ς 59 Circumit *M*, Circuit ς *a*, Circūit *A* 60 cura *scripsi*, illa *M* 61 iam *M*, *corr. Pol.* 63 animaeque *M*, *corr.* ς 64 petit *M*, ferit *Peyrarède*, quatit *Polster*, patris *conieci* 70 toro *M*, *corr.* ς
72 uesuuinus M^1A, uesuinus *Ma* 74 hic *M*, *corr. Heins.*
75 mundo *Markl.*, marti *conieci (significari puto classem praetoriam Misenensem)* 78 propriis ferue(n)s *(scil. populis) scri-*

Parthenope, cui mite solum trans aequora uectae
ipse Dionaea monstrauit Apollo columba.
Has ego te sedes (nam nec mihi barbara Thrace
nec Lib*y*e natale solum) transferre laboro,
quas et mollis hiems et frigida temperat aestas,
quas imbelle fretum torpentibus adluit undis.
pax secura locis et desidis otia uitae,
et numquam turbata quies, somnique peracti.
nulla foro rabies aut strictae in iurgia leges:
morum iura uiris solum et sine fascibus aequum.
quid nunc magnificas species cultusque locorum
templaque ⟨*et*⟩ innumeris spatia interstincta columnis,
et geminam molem nudi tectique theatri
et Capitolinis quinquennia proxima lustris,
quid laudem litus libertatemque † Menandri,
quam Romanus honos et † grata licentia miscent?
nec desunt uariae circa oblectamina uitae:
siue uaporiferas, blandissima litora, Baias,
enthea fatidicae seu uisere tecta Sibyllae
dulce sit Iliacoque iugum memorabile remo,

---

bendum uidetur, nostra quoque Euboicis tenuisne ac rara colonis P.? *Heins.*, haud propriis tenuis *Markl.*, nostraque nec p. tenuis *Otto*, nostra quoque est, propriisque tumens *Phillimore* 80 dioneae — columbae *M*, *corr. Pol.* 82 libre M, *corr.* ς 86 parati ς, somni usque peracti *nescioquis* 90 et *add.* ς *A'* 93 ritus *Heins.* paternam *corrigendum*, Menalcae *temptaueram: intellegebam Maronem, coll. IV 4, 49—55, Verg. E. 5, 85—87. 9, 7—10 (Quintil. Inst. VIII 6, 47), u. 11 sqq. (Seru. Danielin. ad h. l.), Strab. V 4, 7 p. 246 (Verg. G. IV. 562 sqq.)* 94 Graia ς, *equidem* Romanus honos et serta (H)eliconia *scribendum esse arbitror (IV, 4 46 sq., II 1, 116. Lucr. I 118. Prop. III 1, 19. Martial. I 76, 9 sq. VII 63, 4. VIII 70, 5 sq., al.)*

seu tibi Bacchei uineta madentia Gauri
Teleboumque domos, trepidis ubi dulcia nautis
lumina noctiuagae tollit Pharus aemula lunae,
caraque non molli iuga Surrentina Lyaeo,
quae meus ante alios habitator Pollius auget,
*Nitrod*umque lacus medicos Sta*b*iasque renatas.
mille tibi nostrae referam telluris amores?
sed satis hoc, coniunx, satis est dixisse: creauit
me tibi, me socium longos adstrinxit in annos.
nonne haec amborum genetrix altrixque uideri
digna?
Sed ingratus qui plura adnecto tuisque
moribus indubito: uenies, carissima coniunx,
praeueniesque etiam; sine me tibi ductor aquarum
Thybris et armiferi sordebunt tecta Quirini.

---

102 caraque *M (cf. IV 8, 8)*, claraque *Polster*, artaque *requiri uidetur* 104 Nitrodumque *scripsi (Dessau 3874 s.)*, Denarumque *M*, Aenăriaeque *Dom.*, Inarimesque *R. Vnger*, Aenarumque *Vollmer* stauiasque *M, corr. Heins.* 105 honores *Baehrens*

P. PAPINI STATI

S I L V A R V M

LIBER IV.

STATIVS MARCELLO SVO SALVTEM.

1 Inueni librum, Marcelle carissime, quem pietati
tuae dedicarem. reor equidem aliter quam inuocato
numine maxim*i* Imperatoris nullum opusculum meum
coepisse; sed hic liber tres habet ⟨*inscriptas illi eclo-*
gas. potuitne igitur tibi quicquam acceptius es⟩se,
quam quod quarta ad honorem tuum pertinet?
2 Primo autem septimum decimum Germanici nostri
consulatum adoraui; secundo † gratias egi, sacratissi-
mis eius ep*u*lis honoratus; tertio uiam Domitianam
miratus sum, qua grauissimam harenarum moram
exemit. cuius beneficio tu quo*que* maturius epistolam
meam accipies, quam tibi in hoc libro a Neapoli
3 scribo. Proximum est lyricum carmen ad Septi-

IV. EPIST. *titulum MA seruarunt* 3 maximum *M*, *corr.* M^2 4 *lacunam statuit H. Hahn: supplementa e. g. proposui* 5. 6 se quam quod quarta *MA** 8 *excidisse* loco *uidetur* 9 epulis ς *Dom.*, epistolis *M* 11 quoque M^2, quo *M* 12 eam acc. *Markl.*

m*i*um Seuerum, iuuenem, uti scis, inter ornatissi-
mos secundi ordinis, tuum quidem et condiscipulum,
sed mihi c*i*tra hoc quoque ius artissime carum.
4 Nam Vindicis nostri Herculem Epitrapezion secun-
dum honorem, quem de me et de ipsis studiis me-
5 retur, imputare etiam tibi possum. Maximum Vi-
*b*ium et dignitatis et eloquentiae nomine a nobis
diligi satis eram testatus epistola, quam ad illum
de editione Thebaidos meae publicaui; sed nunc quo-
que eum reuerti maturius ex Dalmatia rogo.
6 Iuncta est ecloga ad municipem meum Iulium Me-
necratem, splendidum iuuenem et Pollii mei gene-
rum, cui gratulor quod Neapolim nostram numero
7 liberorum honestauerit. Plotio Grypo, maioris gra-
dus iuueni, dignius opusculum reddam, sed interim
hendecasyllabos, quos Saturnalibus una risimus, huic
uolumini inserui.

8 Quare ergo plura in quarto Siluarum quam in
prioribus? ne se putent aliquid egisse, qui reprehen-
derunt, ut audio, quod hoc stili genus edidissem.
primum superuacuum est dissuadere rem factam;
deinde multa ex illis iam domino Caesari dederam,
9 et quanto hoc plus est quam edere! Exercer*i*
autem ioco non licet? 'secreto' inquit. sed et sph*a*e-
romachia specta*nte*s et palaris lusio admittit. nouis-

14 septimum *M*, septimium *M²A* 16 citra *Nohl*, contra *M* 20 uinium *M*, iunium *a*, uiuium *M²A*, *nomen e lapidibus restituit Vollmer* 29 lusimus *Phillimore* 36 at q. ς exercere *M*, *corr.* ς, exercere autem <artem> *Phillimore* 37 iocos *Dom.* 38 sphaeromachia spectantis *Phillimore*, sphaeromachias *MA*, spectamus *M* palaris *MA*, pilaris ς admittit *MA*, ad-

sime: quisquis ex meis inuitus aliquid legit, statim se profiteatur aduersum? ita, quare consilio eius accedam? in summam, nempe ego sum qui traducor: taceat et gaudeat.

10 Hunc tamen librum tu, Marcelle, defendes. et, si uidetur, hactenus: sin minus, reprehendemur. uale.

I.

SEPTIMVS DECIMVS CONSVLATVS IMP. AVG. GERMANICI.

Laeta bis octonis accedit purpura fastis
Caesaris, insignemque aperit Germanicus annum
atque oritur cum sole nouo, cum grandibus astris,
clarius ipse nitens et primo maior Eoo.
exultent leges Latiae, gaudete curules,
et septemgemino iactantior aethera pulset
Roma iugo, plusque ante alias Euandrius arces
collis ouet: subiere noui Palatia fasces,
et requiem † bissextus honos precibusque receptis

---

mittitur ς 39 inuidus *Markl.*, *an* quidquid ex m. hu(m)ilius aliquis legerit? 40 profitetur *Aldina* itaque *Baehrens* 41 summam *MA*, summa ς 43 defende, sed *Madvig* 44 sin minus *M*, sin etiam *A (cf. epist. lib. II extr.)*, si nimis repr. *Madvig*, reprehendamur *Markl.*, hunc—librum—defende, set, si uidetur, hactenus, ⟨tuo saltem animo ne dicatur alienus⟩: sin minus, ⟨recte⟩ reprehendemur *supplendum esse suspiceris*

I. *titulum exhibent MA* 5 gaudere *M*, *corr.* *M²* curules *(scil. sellae) et hic et u. 36 ad consulatum referendum*: *hinc Claudian. XVII 260 (cf. XVIII 26, XXII 264. 279)*, leges Latiae, gaudete Quirites *Markl.* 9 bissenus *Stange*, trabeatus *malim*, bis saeptus *temptaram*, *coll. Cass. Dion. epit. LXVII 4:(a. 84)* ῥαβδούχοις τε τέσσαρσι καὶ εἴκοσι... χρῆσθαι ἔλαβε

curia Caesareum gaudet uicisse pudorem.
ipse etiam immensi reparator maximus aeui
attollit uultus et utroque a limine grates
Ianus agit, quem tu uicina Pace ligatum
omnia iussisti componere bella nouique
in leges iurare fori. leuat ecce supinas
hinc atque inde manus geminaque haec uoce profatur:
'Salue, magne parens, mundi qui saecula mecum
instaurare paras, talem te cernere semper
mense meo tua Roma cupit; sic tempora nasci,
sic annos intrare decet. da gaudia fastis
continua; hos umeros multo sinus ambiat ostro
et properata tuae manibus praetexta Mineruae.
aspicis ut templis alius nitor, altior aris
ignis et ipsa meae tepeant tibi sidera brumae?
moribus † atque tuis gaudent turmaeque tribusque
purpureique patres, lucemque a consule ducit
omnis honos. quid tale, precor, prior annus habebat?
dic age, Roma potens, et mecum, longa Vetustas,
dinumera fastos nec parua exempla recense,
sed quae sola meus dignetur uincere Caesar.
ter Latio deciesque tulit labentibus annis
Augustus fasces, sed coepit sero mereri:
tu iuuenis praegressus auos. et quanta recusas,

---

11 emensi *Burmann* 14 horrida *Markl.* 17 *distinxit Bentl.*, parens mundi, qui *uulgo* 23 astris M^1 *in mg.*, aris *a*, aris ul astris *A** *(suprascr.:* utrūque ħt codex poggii*)* 25 ecce tuis *Markl.*, aequa tuis *Bursian*, auctoris *uel potius* alme, tuis *conicias* 26 patris *M, corr.* M^1 31 Latios *Gronou.* 32 faces *M, corr.* ς et *Krohn*

quanta uetas! flectere tamen precibusque senatus
promittes hunc saepe diem. manet insuper ordo
longior, et totidem felix tibi Roma curules
terque quaterque dabit, mecum altera saecula condes,
et tibi longaeui renouabitur ara *T*arenti;
mille tropaea feres, tantum p*er*mitte triumphos:
restat Bactra nouis, restat Babylona tributis
frenari; nondum gremio Iouis Indica laurus,
nondum Arabes Seresque rogant, nondum omnis honorem
annus habet, cupiuntque decem tua nomina menses'.
 Sic Ianus clausoque libens se poste recepit.
tunc omnes patuere dei laetoque dederunt
signa polo, longamque tibi † rex, magne, iuuentam
annuit atque suos promisit Iuppiter annos.

II.

EVCHARISTICON AD IMP. AVG. GERM*ANICVM*.

 Regia Sidoniae conuiuia laudat Elissae
qui magnum Aenean Laurentibus intulit aruis,
Alcinoique dapes mansuro carmine monstrat
aequore qui multo reducem consumpsit Vlixem:

---

34 tamen *MA* Dom.*, nefas *a* 35 Promittitis *M*, *corr.* ς, permittes *Dom. (inde Pol.*: al Permittes*)* saepe hunc *M*, *corr. M*[1] 38 Terenti *Turnèbe (repudiasse tamen uidetur)*, parentis *M* 39 tropaea *M*, trophea *a*, trophęa *A* promitte *M*, *corr.* ς 40 babilonia *M*, *corr.* ς 41 <in> gremio *Liuineius* 46 dux magne *Markl.*, *possis* ter... annuit *(Ouid. F. III 369)*.

II. EVCHARISTICON · AD · IMP · AVG · GERM · DOMITAN *M*, Eucharisticon ad Imp. Aug. germ. Domitianum *A*, *correxi* 4 lento *a*, *tac. A* ruducem *M*, *corr.* ς

ast ego, cui sacrae Caesar noua gaudia cenae
nunc primum dominaque dedit consurgere mensa,
qua celebrem mea uota lyra, qua soluere grates
sufficiam? non, si pariter mihi uertice laeto
nectat *a*doratas et Smyrna et Mantua lauros,
digna loquar. mediis uideor discumbere in astris
cum Ioue et Iliaca porrectum sumere dextra
immortale merum. steriles transmisimus annos:
haec aeui mihi prima dies, hic limina uitae.
tene ego, regnator terrarum orbisque subacti
magne parens, te, spes hominum, te, cura deorum,
cerno iacens? datur haec iuxta, datur ora tueri
uina inter mensasque et non adsurgere fas est?

Tectum augustum, ingens, non centum insigne columnis,
sed quantae superos caelumque Atlante remisso
sustentare queant. stupet hoc uicina Tonantis
regia, teque pari laetantur sede locatum
numina. nec magnum properes *con*sce*n*dere caelum:
tanta patet moles effusaeque impetus aulae
liberior, campi multumque amplexus operti
aetheros et tantum domino minor; ille penates
implet et ingenti genio iuuat. aemulus illic
mons Libys Ilia*co* *iu*ueni, *per*mi*x*ta Syene

---

6 non surgere *Markl.*, domina(m)que d. contingere mensa(m) *Waller*, domina(m)q. d. condiscere mensa(m) *conicias* 7 quas solu. *M*, *corr. Vollmer* 9 odoratas *M*, *corr.* ς 13 hic ẹui *A′* haec l. ς 15 curam *M*, cura *A* 22 excedere *M*, escendere *Gronou.*, conscendere *scripsi (III 1, 7. Theb. VIII 97)* 23 ambitus ς 24 campi *M*, Campo *Pol.*, spatii *Markl.*, camerae *Wakefield* (*iungendum esse 'campi multum multumque amplexus op. aetheros' monuit Vollmer, coll. I 2, 127. 179. 5, 7. II 7, 84. IV 3, 83. V 3, 213*) aperti ς 27 Iliaco

et *Chi*os et glaucae certantia Dorid*i* saxa
Lunaque portandis tantum suffecta columnis.
longa supra species: fessis uix culmina prendas
uisibus auratique putes laquearia caeli.
hic cum Romuleos proceres trabeataque Caesar
agmina mille simul iussit discumbere mensis,
ipsa sinus accincta Ceres Bacchusque laborat
sufficere. aetherii felix sic orbita fluxit
Triptolemi; sic u*u*ifero sub palmite nudos
umbrauit colles et sobria rura Lyaeus.

Sed mihi non epulas Indisque innixa columnis
robora Maurorum famulasque ex ordine turmas,
ipsum, ipsum cupido tantum spectare uacauit
tranquillum uultus e*t* maiestate serena
mulcentem radios summittentemque modeste
fortunae uexilla suae; tamen ore nitebat
dissimulatus honos. talem quoque barbarus hostis
posset et ignotae conspectum agnoscere gentes.
non aliter gelida Rhodopes in ualle recumbit
dimissis Gradiuus equis; sic lubrica ponit
me*m*bra Therapnaea resolutus gymnade Pollux,
sic iacet ad Gangen Indis ululantibus Euhan,
sic grauis Alcides post horrida iussa reuersus

---

iuueni, permixta *scripsi*, Iliacusque nitet... multa *M* (spaciū *M*[1] *in mg.*) *a*, „*supra spatium uacuum scr.* deest ī āt. cod. *et in marg.* ·Do.
 et *A*[*u] *(Engelmann)*, <iam> ς, <nec> *Schwartz*, <tum> *Elter*, cumulata *Phillimore*, maculosa *nos olim (coll. II 2, 86. Plin. n. h. XXXVI 63), nunc autem numeris quoque consulendum esse censuimus* 28 Chios ς, duos *M* doride *M*, ȣ Doridi *A'* 30 super (*Parm.*) series *Heins.* 34 laborant *a*, laborat *MA* 36 uitifero *M*, *corr. Krohn* 41 uultu sed *M*, *corr. Pol.*

gaudebat strato latus adclinare leoni.
parua loquor necdum aequo tuos, Germanice, uultus:
talis, ubi Oceani finem mensasque reuisit
Aethiopum sacro diffusus nectare uultus
dux superum secreta iubet dare carmina Musas
et Pallenaeos Phoebum laudare triumphos.
Di tibi (namque animas saepe exaudire minores
dicuntur) patriae bis terque exire senectae
annuerint fines! rata numina miseris astris,
templaque des habitesque domos. saepe annua pandas
l*i*mina, saepe nouo Ianum lictore salutes,
saepe coronatis iteres quinquennia lustris!
qua mihi felices epulas mensaeque dedisti
sacra tuae, talis longo post tempore uenit
lux mihi, Troianae qualis sub collibus Albae,
cum modo Germanas acies modo *D*aca sonantem
proelia Palladio tua me manus indu*i*t auro.

III.

VIA DOMITIANA.

Quis duri silicis grauisque ferri
immanis sonus aequori propinquum
saxosae latus Appiae repleuit?
certe non Libycae sonant cateruae
nec dux aduena peierante bello

52 uisus *Markl.*, tuum, G., sidus *conieci* 53 reliquit *Parm.* 54 sacros ς 61 lumina *M*, *corr.* ς *Dom.* 66 flaca *M*, data *a*, daca ς *A'* 67 induet *MA*, *corr.* ς *Dom.*

III. 2 aequoris *M*, *corr.* ς

Campanos quatit inquietus agros,
nec frangit uada montibusque caesis
inducit Nero sordidas paludes,
sed qui limina bellicosa Iani
iustis legibus et foro coronat,
qui castae Cereri diu negata
reddit iugera sobriasque terras,
qui fortem uetat interire sexum
et censor prohibet mares adultos
pulchrae supplicium timere formae,
qui reddit Capitolio Tonantem
et Pacem propria domo reponit,
qui genti patriae futura semper
sancit lumina Flauiumque *cla*uum:
hic, se*g*nis populi uias grauat*us*
et campos iter omne detinentes,
longos eximit ambitus nouoque
iniectu solidat *put*res harenas,
gaudens Euboicae domum Sibyllae
Gauranosque sinus et aestuantes
septem montibus admouere Baias.
Hic quondam piger axe uectus uno

---

11 cęteri *a*, cęreri *A* 12 *et* 13 Quis *Ma*, *corr.* ς *Dom.* *(utrobique:* ẽ qui *A')* 19 lumına *M*, limina ς, numina *Buecheler* caluum *M*, *corr. Ellis*, caelum *Turnèbe*, culmen *Aldina* 20 senis *MA* (sęuis *a*), *corr.* ς *Heins.* grauatas *MA* (gritatas *a*), *corr. Heins.* 21 per campos *Baehrens*, et lamas *ipse olim temptaui, postea uidi*, campos *appellari collapsum fallacique harena obrutum uiae publicae aggerem*, iter *autem cursum ipsum uehiculi* 23 putres *Ioh. Clericus*, graues *M* 26 collibus *Heins.* 27 udo *Heins.* *(at praeter epist. uerba: 'grauissimam harenarum moram exemit'*

nutabat cruce pendula uiator,
sorbebatque rotas maligna tellus,
et plebs in mediis Latina campis
horrebat mala nauigationis;
nec cursus agiles, sed impeditum
tardabant iter orbitae tacentes
<*serraci prope iam trahi negantis*>,
dum pondus nimium querens sub alta
repit languida quadrupes statera.
a*t* nunc, quae solidum diem terebat,
horarum uia facta uix duarum:
non tensae uolucrum per astra pennae
nec uelocius ibitis, carinae.
  Hic primus labor incohare sulcos
et rescindere limites et alto
egestu penitus cauare terras;
mox haustas aliter replere foss*as*
et summo gremium parare dorso,
ne nutent sola, ne maligna sedes
et pressis dubium cubile *s*axis;
tunc umbonibus hinc et hinc coactis

---

cf. 4, 2—3), uno *M (rotis nihil adiuuantibus, uiatorem 'tantummodo axe uectum' dici T. Korsch intellexit)*   28 *cf. Hor. epist. I 18, 110*

32 nec cursus agiles: *i. ne in cursus quidem publici usus adhibita uehicula iter suum ea, qua par erat, uelocitate conficiebant*

33 iacentes *Markl.*, latentes *Burmann*, tenaces *Dauies, ego uero lectionem traditam teneo ('tacent' enim orbitae, cum rotari desierunt): agitur autem de rotis plaustri alicuius, iter tabellario festinanti obsaepientis*   33ª *lacunam e. g. suppleui*   35 Rep(er)it *M, corr. M*¹ *ad u. 79,* Perit *a, corr.* ς *A*   36 Ac *M,* Et *a,* At ς *A'*

43 fossos *M, corr.* ς   45 neu maligna *Schrader*   46 det *Heins.*   faxis *M*

et crebris iter alligare g*omph*is.
o quantae pariter manus laborant!
hi caedunt nemus exuuntque montes,
hi ferro scopulos trabesque leuant;
illi saxa ligant opusque texunt
cocto puluere sordidoque tofo;
hi siccant bibulas manu lacunas
et longe fluuios agunt minores.
hae possent et Athon cauare dextrae
et maestum pelagus gementis Helles
intercludere ponte non natanti.
his p*lan*us, nisi d*i* uiae uetarent,
Inous freta miscuisset Isthmos.
feruent litora mobilesque siluae,
it longus medias fragor per urbes,
atque echon simul hinc et inde fractam
Gauro Massicus uuifer remittit.
miratur sonitum quieta Cyme
et Literna palus pigerque Sauo.
At flauum caput umidumque late

---

48 gonfis *M*, gumphis *a*, gomphis *A* 50 eruuntque *Heins.* 53 torridoque *Heins.* 59 planus *scripsi*, paruus *M (idque, coll. Claud. VIII 475, defendi posse Heins. Markl. al. putabant)*, palmis *Turnèbe*, par uix *Heins.*, sparsus *(i. disiectus) R. Vnger*, parens *Postgate* di uiae *(i. ἐνόδιοι) scripsi*, deuiae *(uel* cleuiae*) M*, deuie *a*, *tacente A (A′, auctore laudato, lectionem Dom.* lechię *adscr. et del.*), Cenchreae *Hermolaus Barbarus*, Deliae *(sc. sortes) Alciati* (Delius uetaret *Turnèbe*, laurus nisi Deliae uetarent *Constantius Fanensis*), di uiam *Barth (*di uia *Macnaghten)*, cliuiae *Is. Voss* 62 Et *Ma*, *corr. Dom. (*ȩ. It. *A′)* fragor *M* 63 ethon *M*, *corr.* ς 64 Marsicus *M*, *corr.* ς 66 sason *Ma(A)*, *corr. Dom. quem laudat A′*

crinem mollibus impeditus uluis
Vulturnus leuat ora maximoque
pontis Caesarei reclinus arcu
raucis talia faucibus redundat:
'Camporum bone conditor meorum,
qui me uallibus auiis refusum
et ripas habitare nescientem
recti legibus aluei ligasti:
e*n* nunc ille ego turbidus minaxque,
uix passus dubias prius carinas,
iam pontem fero peruiusque calcor;
qui terras rapere et rotare siluas
adsueram, pudet! amnis esse coepi;
sed grates ago *s*eruitusque tanti est,
quod sub te duce, te iubente cessi,
quod tu maximus arbiter meaeque
ui(*n*)*dex* perpetuus legere ripae.

---

73 Quis *M*, *corr.* ς *Pol* 74 It ripas *M*, In ripis *a*, Et ripas ς *A* 76 En *Turnèbe*, Et *M* 80 Adsueram *M*, Assuetam *a*, Assueram *A* 81 scruitusque (*uel* struitusque) *M* (structusque *teste Souter*), Sed grates ego strictiusque tanti *a*, ego *in* ago *mut.* *A*, *margini dextro adscr.* .Do. strictus atque tanti ē *A′*, *in eod. mg. adscr.* poggii u. lib. | Sic † struitusque tanti est *(A*)* | ȼ seruitus *A′*: *haec omnia, teste Engelmann, et totum uersum typis expressum deleuit Pol. et margini sinistro adscripsit* Sed grates ago seruitusque tanti est. pog. *(*A′)*: *'apparet', inquit Engelmann, 'Politianum eundem codicem contulisse quem Matritensis librarius descripsit'. recte quidem; primo tamen Politianus* struitusque *in codice Poggii extare sine ulla dubitatione notat, deinde* seruitusque *emendat ac tum demum se hoc ipsum in codice antiquo inuenisse ait*
84 uindex *scripsi*, uictor *M*, uinctor *Heins.*, auctor *Peyrarède*, tutor

et nunc limite me colis beato
nec sordere sinis malumque late
deterges sterilis soli pudorem,
ne me puluereum grauemque caelo
Tyrrheni sinus ob*r*uat profundi,
qualis Cinyphius tacente ripa
Poenos Bagrada serpit inter agros,
sed talis ferar, ut nitente cursu
tranquillum mare proximumque possim
puro gurgite prouocare Lirim'.
Haec amnis pariterque se leuarat
ingenti plaga ma⟨*r*⟩morata dorso.
huius ianua prosperumque limen
arcus, belligeris ducis trop*a*eis
et totis Ligurum nitens metallis,
quantus nubila qui coronat imbri.
illic *fl*ectitur excitus uiator,
illic Appia se dolet relinqui.
tunc uelocior acriorque cursus,
tunc ipsos iuuat impetus iugales;
ceu fessis ubi remigum lacertis
primae carbasa uentilatis aurae.
ergo omnes, age, quae sub axe primo
Romani colitis fidem parentis,
prono limite commeate gentes,

---

nos olim (Hor. epod. 2, 22) 88 caeno ς 89 obluat *MA*, *corr.* ς, abluat *Baehrens* 90 *sq. post 88 collocandos censet Brandes* 90 iacente *Peyrarède*, latente *Schrader*, patente *conieci* 95 leuabat ς 96 mamorata *M* 98 belligeri *Dom.* 100 Iri ς, quo cor. Iris *Heins.* 104 ipso *Ma*, *corr.* ς *A'* 106 uentilatis *MA**, uentilantis M^2a

Eoae citius uenite laurus:
nil obstat cupidis, nihil moratur.
[qui primo Tiberim relinquit ortu,
primo uespere nauiget Lucrinum.]
 Sed quam fine uiae recentis *im*o,
qua monstrat ueteres Apollo Cumas,
albam crinibus infulisque cerno?
uisu fallimur, an sacris ab antris
profe*r*t *Ch*alcidicas Sibylla laurus?
cedamus; chely, iam *re*pone cantus:
uates sanctior incipit, tacendum est.
en et colla rotat nouisque late
bacchatur spatiis uiamque replet.
tunc sic uirgineo profatur ore:
 'Dicebam, ueniet (manete campi
atque amnis), ueniet faue*n*te caelo,
qui foedum nemus et putres harenas
celsis pontibus et uia leuabit.
en, hic est deus, hunc iubet beatis
pro se Iuppiter imperare terris;
quo non dignior has subît habenas,
ex quo me duce praescios Auerni
Aeneas auide futura quaerens
lucos et penetrauit et reliquit.
hic paci bonus, hic timendus armis,
Natura melior potentiorque.
hic si flammigeros teneret axes,

---

112. 113 *damn. Markl.* 114 imo *a*, uno *M*, ł uno *A*
125 fauete *M*, *corr.* ς *Dom.* 127 ligabit? 130 *om. a*, *exhibent*
MA 134 boniss *M, corr.* M^1

largis, India, nubibus maderes,
u*ern*aret Libye, teperet Haemus.
salue, dux hominum et parens deorum,
prouisum mihi conditumque numen.
nec iam putribus euoluta chartis
sollemni prece quindecim uirorum
perlustra mea dicta, sed canentem
ipsam comminus, ut mereris, audi.
uidi quam serie*m* *uig*entis aeui
pronectant tibi candidae Sorores:
magnus te manet ordo saeculorum,
natis longior abnepotibusque
annos perpetua geres iuuenta,
quos fertur placidos adisse Nestor,
quos *T*ithonia computat senectus
et quantos ego Delium poposci.
iurauit tibi iam niualis Arctus;
nunc magnus Oriens dabit triumphos.
ibis qua uagus Hercules et Euhan
ultra sidera flammeumque solem
et Nili caput et niues Atlantis,
et laudum cumulo beatus omni
*fro*ndes belliger abnuesque currus;

---

138 uernaret *scripsi*, undaret *M*, umbraret *Postgate*, fronderet *Slater* 140 cognitumque ς *Dom.* 145 audi *Heins.* series *M*, *corr.* ς *Dom.* uigentis *scripsi*, merentis *M*, uirentis *Heins.*

150 placidos adisse *MA* (odisse *a*), obisse *Dom.*, placidus subisse *Heins.* 151 cithonia *M (corr.* M^2*)*, Titania *a*, Titonia *A*

156 flam. callem *Wakefield* 157 *post* 154 *transp. Postgate*, *at cf. Housman*, *Classic. Rev.* XX 40 159 frondes *Slater*, Sandes *M* (sa.d.. *A**), scandes ς abnues *MA**, obuius *a*

donec Troicus ignis et renatae
Tarpeius pater intonabit aulae,
haec donec uia te *reg*ente terras
annosa magis Appia senescat.'

IV.

EPISTOLA AD VITORIVM MARCELLVM.

Curre per Euboicos non segnis, epistola, campos,
hac ingressa uia, qua nobilis Appia crescit
in latus et molles solidus premit agger harenas.
atque ubi Romuleas uelox penetraueris arces,
conti*n*uo dextras flaui pete Thybridos oras,
Lydia qua penitus stagnum nauale coercet
ripa suburbanisque uadum praetexitur hortis.
ill*ic* egregium formaque animisque uidebis
Marcellum et celso praesignem uertice nosces.
cui primam solito uulgi de more salutem,
mox inclusa modis haec reddere uerba memento:
'Iam terras uolucremque polum fuga ueris aquosi
laxat et Icariis caelum latratibus urit;
ardua iam densae rarescunt moenia Romae.
hos Praeneste sacrum, nemus hos glaciale Dianae,
Algidus aut horrens aut Tuscula protegit umbra,
Tiburis hi lucos A*ni*enaque frigora captant.

---

162 gerente *M*, *corr.* ς 163 senescet *Heins.*

IV. EPISTOLA · AD · VICTORIVM · MARCILLUM *M*, Epla ad victoriū Ma(r)cellum *A*, *corr. Mommsen* 2 uias *M*, *corr. Vollmer* 6 cohęret *a*, cohęrcet *A* 8 Ille *M*, *corr.* ς 10 primum ς 13 lantrantibus *M*, *corr.* ς 17 amenaque *M*, *corr.* ς *a*

te quoque clamosae quaenam plaga mitior urbi
subtrahit? aestiuos quo decipis aëre soles?
quid tuus ante omnis, tua cura potissima, Gallus,
nec non noster amor (dubium morumne probandus
ingeniine bonis)? Latiis aestiuat in oris
anne metalliferae repetit iam moenia Lunae
Tyrrhenasque domos? quod si tibi proximus haeret,
non ego nunc uestro procul a sermone recedo;
certum est, inde sonus geminas mihi circumit aures.
sed tu, dum nimio possessa Hyperione f*l*ag*r*at
torua Cleonaei iuba sideris, exue curis
pectus et assiduo temet furare labori.
et sontes *o*perit pharetras arcumque retendit
Parthus et Eleis auriga laboribus actos
Alpheo permulcet equos et nostra fatiscit
laxaturque chelys: uires instigat alitque
tempestiua quies, maior post otia uirtus.
talis cantata Briseide uenit Achilles
acrior et pos*i*tis erupit in Hectora plectris.
te quoque flammabit tacite repetita parumper
desidia et soli*t*os nouus exultabis in actus.
certe iam Latiae non miscent iurgia leges,
et pacem piger annus *h*abet messesque reuersae
dimisere forum. nec iam tibi turba reorum
uestibulo querulique rogant exire clientes;

---

18 num quae *Baehrens*, quae iam *Otto* mitior *dubitationem affert, possis* laetior 22 Ingeniiue *M*, *corr. A* 30 aperit *M*, *corr.* ς 32 Alpheos *M*, *corr.* ς *(cf. Catull. 64, 162)* 36 postis *M*, *corr.* ς 38 solidos *M*, *corr.* ς 40 labet *M*, *corr.* ς 42 negant *Burmann*

cessat centeni moderatrix iudicis hasta,
qua tibi sublimi iam nunc celeberrima fama
eminet et iuuenis facundia praeterit annos.
felix curarum, cui non Heliconia cordi
serta nec imbelles Parnasi e uertice laurus,
sed uiget ingenium et magnos accinctus in usus
fert animus quascumque uices: nos otia uitae
solamur cantu uentosaque gaudia famae
quaerimus. en egomet somnum et geniale secutus
litus, ubi Ausonio se condidit hospita portu
Parthenope, tenues ignauo pollice chordas
pulso Maroneique sedens in margine templi
sumo animum et magni tumulis adcanto magistri:
at tu, si longi cursum dabit Atropos aeui—
detque, precor, Latiique ducis sic numina pergant,
quem tibi posthabito studium est coluisse Tonante,
quique tuos alio subtexit munere fasces
et spatia obliquae mandat renouare Latinae:
forsitan Ausonias ibis frenare cohortes
aut Rheni populos, aut nigrae litora Thyles
au Histrum seruare datu*r* metuendaque portae
limina Caspiacae. nec enim tibi sola potentis
eloquii uirtus: sunt me*m*bra accommoda bellis
quique grauem † tarde subeant thoraca lacerti:
seu campo pedes ire pares, est agmina supra

48 ausus *Cornelissen* 49 otia miti *Markl.* 57 si— pergent *Markl.* 60 antiquae *Dom.* 63 datus *M*, decus *a*, latus *Dom.*, datur *A* 66 grauem <haud> tarde *Barth*, grauem ualidi (*uel* g. fortes) *Markl.*, subeant arte *O. Mueller*, g. faciles *Otto*, g. Atridae *Korsch*, *possis* g. Martis *uel* g. (A)eacidae *uel denique* g. <Af>farac<i> 67 iste *Phillimore*

n*u*ta*t*urus apex; seu frena sonantia flectes,
seruiet asper equus. nos facta aliena canendo
uergimur in senium: propriis tu pulcher in armis
ips*e* canenda geres paru*o*que exempla parabis
magna Getae: dignos quem iam nunc belliger actus
poscit auos <s>p*er*atque domi nouisse triumphos.
surge, agedum, iuuenemque puer deprende parentem,
stemmate materno *p*(*er*)*n*ix, uirtute paterna:
iam te blanda sinu Tyrio sibi *cu*ria felix
educat et cunctas gaudet spondere curules'.

Haec ego C*h*alcidicis ad te, Marcelle, sonabam
litoribus, fractas ubi Vesu*i*us erig*i*t iras,
aemula Trinacriis uoluens incendia flammis.
mira fides! credetne uirum uentura propago,
cum segetes iterum, cum iam haec deserta uirebunt,
infra urbes populosque premi, proauitaque to*f*o
rura abiisse gra*u*i? necdum letale minari
cessat apex. procul ista tuo sin*t* fata Teate
nec Mar*r*ucinos agat haec insania montes.

---

68 Nittaurus *MA corr.* ς *a* flectas *Heins.* 71 Ipsa *M, corr.* ς paruaque *MA, corr.* ς, patriae *Dom.*, ·c· paruisque exen *(reliqua perierunt) A'* 72 quin? 73 auos *M*, auus *A: intellegendus pueri auos maternus (uid. Postgate Class. Rev. XX 307)* speratque *scripsi (cf. Theb. VI 440 sqq.: 'sperauit—anticipasse uiam')*, praestatque *M*, perstatque *Peyrarède* 75 pernix *scripsi*, felix *M* 76 curia *Markl.*, gloria *M* 79 raucas *Wakefield* ue suus *M, corr.* ς erigit ς, eriget *M*, egerit *Auantius* 83. 84 tofo—graui *scripsi*, toto—mari *M*, tuto *Baehrens*, tosto *Vollmer*, tactro *Phillimore*, tracto *Korsch (coll. Plin. epist. VI 16, 11: 'uadum subitum', 20, 9: 'mare in se resorberi' eqs.)* 85 tuos in *M, corr. Parm.* Teano *Heins.*, Teati *Imhof* 86 montis *Polster*

Nunc si forte meis quae sint exordia musis
scire petis, iam Sidonios emensa labores
Thebais optato collegit carbasa portu
Parnasique iugis siluaque Heliconide festis
tura dedit flammis et uirginis exta iuuencae
uotiferaque meas suspendit ab arbore uittas.
nunc uacuos crines alio subit infula nexu:
Troia quidem magnusque mihi temptatur Achilles,
sed uocat arcitenens alio pater armaque monstrat
Ausonii maiora ducis. trahit impetus illo
iam pridem retrahitque timor. stabuntne sub illa
mole umeri an magno uincetur pondere ceruix?
dic, Marcelle, feram? fluctus an sueta minores
nosse ratis nondum Ioniis credenda periclis?
Iamque uale et penitus uoti tibi uatis *am*orem
corde exire ueta. nec enim *seruant*ius almae
pectus Amicitiae: cedet tibi gloria fidi
Theseos et lacerum qui circa moenia Troiae
Priamiden caeso solacia traxit amico.

V.

LYRIC*VM* AD SEPTIMIVM SEVERVM.

Parui beatus ruris honoribus
qua prisca Teucros Alba colit lares,
fortem atque facundum Seuerum
non solitis fidibus saluto.

---

92 uotiferasque *A* 100 procellis *Markl.* 101 noti ς honorem *M*, *corr. Dom.* 102 seruantius *Korsch*, tirynthius *M*, retinentius *H. Grotius*, te certius *Bentl.*, te mitius *Imhof*, intemeratius *R. Vnger*, mihi iunctius *Baehrens*, spirantius *Koch*, torren-

iam trux ad Arctos Parrhasias hiems
concessit altis obruta solibus,
iam pontus ac tellus renident
i*n* Zephyros Aquilone fracto.

nunc cuncta ueris frondibus † annuis
crinitu*r* arbos, nunc uolucrum noui
questus inexpertumque carmen,
quod tacitas t*en*uere bruma*e*.

*n*os parca tellus peruigil et focus
culmenque multo lumine sordidum
solantur exemptusque testa
qu*a* modo fer*b*uerat Lyaeus.

non mille *b*a*l*ant la*n*igeri greges,
nec uacca dulci mugit adultero,
unique siquando canenti
mutus ager domino reclamat.

---

tius *Ellis*, feruentius *nos olim*, nec enim Tir. ad me *uir doct. ap. Gevaerts*, tibi enim Tir., almae Pectus amicitiae, cedit; tibi gl. *temptauerat Markl., postea lacunam statuit*

V. ODE LYRICA AD SEPTIMIVM SEVERVM *M*, Ode lyrica ad Septimiū Seue—*(spatio non sufficiente) A; corr. Dom., coll. l. IV epist.* § 3 (Carm. lyr. *a Parm.*) 8 Iam *M*, *corr. Buecheler* fractos *M*, *corr.* ς iam zephyris aquilo refractus *Ald.*, iam zephyrost aquilo refractus *Baehrens* 9 *post* ueris *interpunxit Postgate*; uernans *Markl.*, ruris *Wernsdorf*, rursus *Korsch* annuis *M*, aemulans [aeml'ās] *conieci* 10 Crinitus *M*, *corr.* ς *Pol.* 12 tacitas tenuere brumae scripsi ('brumae' *sunt frigora, ut Theb. IV 421*), tacita statuere bruma *M*, siluere *Owen*, studuere *Clark* 13 Hos *M*, *corr.* ς 16 Quo *M*, *corr.* ς, qui *Dom.* fer uerat *M*, *corr.* ς 17 lauant *MA*, *corr.* ς *a* lapigeri *M*, *corr.* ς

sed terra primis post patriam mihi
dilecta curis; hic mea carmina
regina bellorum uirago
Caesareo † peramauit auro,

cum tu sodalis dulce periculum
conisus omni pectore tolleres,
ut Castor ad cunctos tremebat
Bebryciae strepitus harenae.

tene in remotis Syrtibus auia
Leptis creauit? iam feret Indicas
messes odoratisque rara
cinnama praeripiet Sabaeis.

quis non in omni uertice Romuli
r*e*ptasse dulcem Septimium putet?
quis fonte Iuturnae relictis
uberibus neget esse pastum?

nec mira uirtus: protinus Ausonum
portus uadosae nesci*us* Africae
intras adoptatusque Tuscis
gurgitibus puer innatasti.

---

21 scit terra *Heins.* 24 decorauit *idem et Markl.*, ter amixit *R. Vnger (coll. III 5, 28, IV 2, 67)*, redimiuit *Baehrens*, trutinauit *Korsch*, Caesarea prece uinxit auro *temptabam* 26 Conisus *M*, Connixus *a*, Connisus *A* pelleres *Heins.*, falleres *malim* (*Theb. IV 203*) 28 crepitus habenae *Schrader* 34 Raptasse *M*, *corr.* ς 38 dolosae *Markl.* nesciet *M*, *corr. Auantius*

hinc paruus inter pignora curiae
contentus ⟨*artae*⟩ lumine purpurae
crescis, sed immensos labores
indole patricia secutus. 44

non sermo Poenus, non habitus tibi,
externa non mens: Italus, Italus.
sunt Vrbe Romanisque turmis
qui Libyam deceant alumni. 48

est et frementi uox hilaris foro,
uenale sed non eloquium tibi;
ensisque uagina quiescit,
stringere n*i* iubeant amici. 52

sed rura cordi saepius et quies,
nunc in paternis sedibus et solo
Veiente, nunc frondosa supra
Hernica, nunc Curibus uetustis. 56

hic plura pones uocibus et modis
pass*i*m solutis, sed memor inter*i*m
nostri uerecundo latentem
barbiton ingemina sub antro. 69

---

42 artae *om. MA**, *add. Burmann*, ⟨arcto⟩ *Turnèbe* 47 Vrbe ς, turbae *M* 48 libram *M*, *corr.* ς decorant *Markl.* 49 frequenti—habilis *Markl.* 52 ne *M*, *corr.* ς 54 Nunc et in *M*, et *om.* ς 57 ponis *Dom.* 58 Passum *M*, passim ς, passu *Markl.*, prorsum *nescio quis* interum *M*, *corr.* ς 60 ingeminas *M*, *corr. Gevaerts.*

VI.

HERCVLES EPITRAPEZIOS NOVI VINDICIS.

Forte remittentem curas Phoeboque leuatum
pectora, cum patulis tererem uagus otia Saeptis
iam moriente die, rapuit me cena benigni
Vindicis. haec imos animi perlapsa recessus
inconsumpta manet. neque enim ludibria uentris
hausimus aut epulas diuerso a sole petitas
uinaque perpetuis aeuo certantia fastis.
a! miseri, quos nosse iuuat, quid Phasidis ales
distet ab hiberna Rhodopes grue, quis magis anser
exta *satur*, cur Tuscus aper generosior Vmbro,
lubrica qua recubent conchylia mollius alga:
nobis uerus amor medioque Helicone petitus
sermo hilaresque ioci brumalem absumere noctem
suaserunt mollemque oculis expellere somnum,
donec ab Elysiis prospexit sedibus alter
Castor et hesternas risit Tithonia mensas.
o bona nox iunctaque utinam Tirynthia luna,
nox et Erythraeis Thetidis signanda lapillis
et memoranda diu geniumque habitu*ra* perennem!
mille ibi tunc species aerisque eborisque uetusti
atque locuturas mentito corp*o*re ceras
edidici. quis namque oculis certauerit usquam
Vindicis, artificum ueteres agnoscere ductus

VI. *tit.* nouii *A(suprascr.circumfl.)*, Nouii *uel* Nonii *editiones ante Vollmerianam* 5 manent *M, corr.* ς *Dom.* 6 a *MA*, e ς *a* 7 centenis aeuo *Markl.* 10 satur *Postgate*, ferat *M* 18 Erythraeae *Markl.* 19 habitumque *M, corr. Auantius*

et non inscriptis auctorem reddere signis?
h*i*c tibi quae docto multum uigilata Myroni
aera, laboriferi uiuant quae marmora cael*o*
Praxitelis, quod ebur Pisaeo pollice rasum,
quid Polycliteis iussum spirare caminis,
linea quae † ueterem longe † fateatur Apellen,
monstra*b*it: namque haec, quotiens chelyn exuit, ill*i*
desidia est, hic Aoniis amor auocat antris.
Haec inter castae genius tutelaque mensae
Amphitryoniades multo mea cepit amore
pectora nec longo satiauit lumina uisu:
tantus honos operi finesque inclusa per art*o*s
maiestas. deus ille, deus! seseque uidendum
indulsit, Lysippe, tibi paruusque uideri
sentirique ingens. et cum mirabilis intra
stet mensura ped*e*m, tamen exclamare libebit,
si uisus per me*m*bra feres: 'Hoc pectore pressus
uastator Nemees, haec exitiale ferebant
robur et Argoos frangebant brachia remos'.
asp*ice* i*a*m tam magna breui mendacia formae:
quis modus in dextra, quanta experientia docti

---

25 Haec *M*, *corr. Dom. et Pol.* 26 caeli *M*, *corr. Ald.* 28 quod ς 29 uerum l. *Markl.*, tenerum l. *Korsch.*, *equidem* Venerem cona(n)s *subesse puto* 30 Monstrauit *M*, *corr. Gevaerts* ille *M*, *corr. Gevaerts* 34 satiaui *Phillimore* 35 finesque *Ma*, firmosque ς *Parm.*, tenuesque *Bursian*, iuuenesque *Polster* per artus *MA**, peractos *a*, *corr.* ς 36 tuendum *Schrader* 39 pedum *Ma*, *corr. Auant.* (infra-p. *Pol.*) 43 Ac spacium *M*, an spatio ς *Dom.*, hoc spatium *Pol. ep. VI 1*, inspice iam *temptaueram*, aspice iam *Korsch* breui <in> mend. forma? *cf. Sen. epist. 53, 11: 'magni artificis est clusisse totum in exiguo'*

artificis, cu*iu*is pariter gestamina mensae
fingere et ingentes animo uersare colossos!
tale nec Idaeis quicquam Telchines in antris
nec St*erope*s Brontes*u*e *e*t qui polit arma deorum
Lemnius exigua potuisset ludere massa.
nec torua effigies epulisque aliena remissis,
sed qualem parci domus admi*r*ata Molorchi
aut Aleae lucis uidit Tegea⟨*ea*⟩ sacerdos;
qualis et Oetaeis emissus in astra fauillis
nectar adhuc torua laetus Iunone bibebat:
sic mitis uultus, ueluti de pectore gaudens,
hortatur mensas. tenet haec marcentia fratris
pocula, at haec *c*l*a*uae meminit manus; aspera sedis
sustinet et cultum Neme⟨*ae*⟩o tegmine saxum.

Digna operi fortuna sacro. P*e*ll*a*eus habebat
regnator laetis numen uenerabile mensis
et comitem occasus secum portabat et ortus,
*uers*abatque libens modo qua diademata dextra
abstulerat dederatque et magnas uerterat urbes.

---

45 cuiuis *scripsi*, curis *M*, a., pariter ⟨tersae⟩ *Korsch* 47 thelcines *M*, *corr.* ς 48 Steropes Brontesue et *scripsi*, stolidus Brontes nec *M*, solidus B. n. ς, ualidus B. n. *Hand*, Siculus B. n. *Baehrens*, solitus B. n. *Otto* 50 torua *ad u. 54 accomodatum*, tetrica *conicias* 51 parti *M*, *corr.* ς 52 Aleae *Hermolaus Barbarus*, taleae *MA** (tilię *a*) tegea *Ma*, *corr.* ς, tegeea *A'* 53 ab O. *Markl.* 55 uultu *Hand*, uultum *Baehrens* uelut udo p. g. *Heins.* 57 clauae *Markl.*, leuae *M*, leue *a*, leuę *A*, saeuae ς *Dom.* sedis *(nomin.) M*, setis *a*, caedis ς *Dom.*, celis *A'*, sedes *Markl.* 58 effultum *Polster*, s., occultum *conieci* nemeo *M*, *corr.* ς 59 polleus *M*, *corr.* ς 61 occasu—ortu *Heins.* 62 uersabatque *scripsi*, Prestabatque *M*, Pręstabatque *A* (Pręstabitque *a*), prensabatque *Dom.*, pressabatque *Schrader*

semper ab hoc animos in crastina bella petebat,
huic acies semper uictor na*u*abat opi*m*as,
siue catenatos Bromio detraxerat Indos
seu † clusam magna Babylona refregerat hasta
seu Pelopis terras libertatemque Pelasgam
obruerat bello; magnoque ex agmine laudum
fertur Thebanos tantum excusasse triumphos.
ille etiam, magnos Fatis rumpentibus actus,
cum traheret letale merum, iam mortis opaca
nube grauis uultus alios in numine caro
aeraque supremis timuit sudantia mensis.

Mox Nasamoniaco decus admirabile regi
possessum; fortique deo libauit honores
semper atrox dextra periuroque ense superbus
Hannibal. Itali*c*ae perfusum sanguine gentis
diraque Romuleis port*a*ntem incendia tectis
oderat (et cum epulas, et cum Lenaea dicaret
dona) deus, castris maerens com*e*s ire nefandis,
praecipue cum sacrileg*a* face miscuit ar*c*es
ipsius <*im*>meritaeque domos ac templa S*a*gunti
polluit et populis furias immisit honestas.

---

64 ab *M ante rasuram*, ad *M*¹*a*, *Domitii tantum lectionem* ab hoc *laudat A'* 65 acies *A'ex corr.*, acie *MA* nauabat *scripsi*, narrabat *M*, referebat *Markl.* opinas *M*, *corr.* *ς**a* *(tacente A')*

67 clusam multa *Baehrens*, densa Macetum *Korsch*, Susa ac magna *conieci*, *uerbis* magna — hasta *phalangitarum ratus sarisam non male denotari* 69 longoque *Markl.*, Emathioque *malim (nam enallage q. d. adiectiui Statio familiarissima: III 2, 42. 4, 84. 5, 51. IV 3, 98. V 1, 56. 3, 178)* 74 tenuit *Markl.* 78 italiae *M*, *corr.* *ς**a* 79 portentem *M* 81 comis *M*, *corr.* *ςA'* 82 sacrilegas *M*, *corr. Gronou.* artes *M*, *corr.* *ςA'* 83 meritaeque *M*, *corr.* *ς*, l'ĩmeritę *A'* (merite *a*, *adi.* que) sgunti *M*, *corr.* *ς*, tonantis *a*, sagunti *A*

Nec post Sidonii letum ducis aer*e* potita
egregi*o* plebeia domus. conuiuia S*yl*lae
ornabat semper claros intrare penates
adsuetum et felix dominorum stemmate signum.
Nunc quoque, si mores humanaque pectora curae
nosse deis, non aula quidem, Tir*y*nt*hie*, nec te
regius ambit honos, sed casta ignaraque culpae
mens domini, cui prisca fides coeptaeque perenne
foedus amicitiae. scit adhuc florente sub aeuo
par magnis Vestinus auis, quem nocte dieque
spirat et in carae uiuit complexibus umbrae.
hic igitur tibi laeta quies, fortissime diuum,
Alcide, nec bella uides pugnasque feroces,
sed chelyn et uittas et amantes *nu*mina laurus:
hic tibi sol*l*emni memorabit carmine, quantus
Iliacas Geticasque domos quantusque niualem
Stymphalon quantusque iugis Erymanthon aquosis
terrueris, quem te pecoris possessor Hiberi,
quem tulerit saeuae Mareoticus arbiter arae.
hic penetrata tibi spoliataque limina Mortis
concinet et flentes Lib*ya*e Scythiaeque puellas.

---

85 nec *Ma* (a)era *Ma*, *corr.* ς Hęc *A'*, *ad illud* ęra *uocem referens; mox codicis scripturam* nec *restituit (A), cum ex apographis* ęre *adscripsisset (A')* 86 Egregia *M*, *corr.* ς*A'* sibillae *M(alterum* i *ex* u *M*[1]*)*, Sullae *Dom.*, Syllae *Hand* 87 Ornabat *M*, Coenabit *a*, cenabat *A**, *suprascr.:* ĭ ātiq° s(ed) inp(ro)bo, *quibus uerbis deletis* Ornabat *restituit A* 89 sic *Schrader* 90 tirintia *M*, c̊ tyrynhtie *Pol.* (*e Dom.*) 91 castra *M*, *corr.* ς *Pol.* 94 aquis *M*, *corr. Auant.* 98 carmina *M*, stamina *Waller*, numina *scripsi (cf. Theb. IV 157: 'Herculeum paeana canunt')* 99 pectine *Markl.* 101 Strymphalon *M*, *corr.* ς, Stymphalici *a*, Stymphalon *A'* 105 libre *M*, *corr.* ς

nec te regnator Macetum nec barbarus umquam
Hannibal aut saeui posset uox horrida Syllae
his celebrare modis. certe tu, muneris auctor,
non aliis malles oculis, Lysippe, probari.

VII.

LYRIC*VM* AD VI*B*IVM MAXIMVM.

Iam diu lato sociata campo
fortis hero*o*s, Erato, labores
differ atque ingens opus in minores
contrahe gyros,

tuque, regnator lyricae cohortis,
da noui paulum mihi iura plectri,
si tuas cantu Latio sacraui,
Pindare, Thebas:

Maximo carmen tenuare tempto;
nunc ab intonsa capienda myrto
serta, nunc maior sitis et bibendus
castior amnis.

VII. ODE · LYRICA · AD · VIVIVM · MAXIMVM *M*, Ode Lirica ad Maximum Iunium *a*, Ode Lirica ad viuiũ maximũ *A*, Lyricum *Dom.*
1 sociata *MA*, saciata *a*, satiata *uel* spatiata ς 2 herois *M*, *corr.* ς 3 epos *Heins.* 10 intonsa, *coll. u. 6*, *tenendum (fuit cum* insonti *conicerem)* 11 nec maior sitis *Markl. (coll. uu. 2—4. 9)*, dum maior sitis, et *Korsch*, nunc Mauors sitit (sinis) *conieci, coll. uu. 21—24*

quando te dulci Latio remittent
Dalmatae montes, ubi Dite uiso
pallidus f*o*ssor redit erutoque
concolor auro?

ecce me natum propiore terra
non tamen portu retinent amoeno
desides Baiae l*i*tice*n*ue *n*otus
Hectoris a*rm*is.

torpor est nostris sine te Camenis,
tardius sueto uenit ipse Thymbrae
rector et primis meus ecce metis
haeret Achilles.

quippe te fido monitore nostra
Thebais multa cruciata lima
temptat audaci fide Mantuanae
gaudia famae.

sed damus lento ueniam, quod alma
prole fundasti uacuos penates.
o diem laetum! uenit ecce nobis
Maximus alter.

Orbitas omni fugienda nisu,
quam premit uotis inimicus heres,
optimo poscens (pudet heu) propinqu*um*
funus amic*o*.

---

15 fessor *M*, *corr.* ς 19 *sq.* laticemue motus H. amnis *M*, laticenue motus *Parm.*, *corr. Auant.* 23 ille metis? 28 grandia *Postgate* 35. 36 propinquo ... amici *M* (propinquos... amici *a*),

orbitas nullo tumulata fletu:
stat domo capta cupidus superstes
imminens leti spoliis et ipsum
computat ignem.

Duret in longum generosus infans
perque non multis iter expeditum
crescat in mores patrios auumque
prouocet actis!

tu tuos paruo memorabis enses,
quos ad E*o*um tuler*i*s Orontem
signa frenatae moderatus alae
Castore dextro;

ille ut inuicti rapidum secutus
Caesaris fulmen refugis amaram
Sarmatis legem dederit, sub uno
uiuere caelo.

sed tuas artes puer ante discat,
omne quis mundi senium remensus
orsa Sallusti breuis et Timaui
reddis alumnum.

VIII.

GRATVLATIO AD IVLIVM MENECRATEN.

Pande fores superum uittataque templa Sabaeis
nubibus et pecudum fibris spirantibus imple,

corr. ς; *fuit cum* propinquo F. iniquum *conicerem, nec tamen dubitandum, quin* propinquo *illud ex* propinquū *sit ortum* 42 expetitum *Baehrens* 46 eum *M*, *corr.* ς tuleras *M*, *corr. Auant.*
VIII. GRATVLATIO · AD · IVLIVM · MENECRATEN · *M*, gratulatio ad

Parthenope; clari genus ecce Menecrat*is* auget
tertia iam soboles. procerum tibi nobile uulgus
crescit et insani solatur damna Veseui.
nec solum festas se*rua*ta Neapolis aras
ambiat: et socii portus dilectaque miti
terra Dica*r*che*o* nec non plaga cara madenti
Surrentina deo sertis altaria cingat,
materni qua litus aui, quem turba nepotum
circumit et similes contendit reddere uultus.
gaudeat et Libyca praesignis auunculus hasta,
quaeque sibi genitos putat attollitque benigno
Polla sinu. macte, o iuuenis, qui tanta merenti
† lumina das patriae. dulci stre*p*it ecce tumultu
tot dominis clamata domus. procul atra recedat
Inuidia atque alio liuentia pectora flectat:
his senium longaeque decus uirtutis et alba
Atropos et patrius laur*us* promisit Apollo.

Iuliū menecratē *A* (Iulio Menecrati Congratulatio *a*) 1 Pandere sorores fores *M*, *corr.* *M*^{1} *et rubric.* 3 menecrates *M*, *corr.* ς 5 uesaeui *M (cf. Verg. G. II 224)*, *corr.* ς 6 seruata *scripsi*, secreta *M*, laetata *Markl.*, secura (*uel* exserta) *R. Vnger*, erecta *Baehrens*, recreata *Otto*, cretata *Rothstein* 8 dicachen *M*, *corr. Baehrens*, dicarchei ς, mitis *(Dom.)*—Dicarcheae *Markl.*, Dicaearcho *Krohn* 11 simili—uultu *Heins.* 15 *corrigendum* tanta mer. semina d. p. (*i. 'tot liberos'*), *coll. Ouid. Fast. III 10: 'ut huic urbi semina digna dares'*, *met. II 629 al.* dulcis — tumultus *M*, *corr. Dom. (Pol.)* strepit *Baehrens*, tremit *M*, fremit *Heins.* 17 lumina flectat *Markl.*, *at u. Ouid. Met. II 777: '(Inuidiae) pectora felle madent'* 18 et alba *M (cf. 3, 145)*, alebat *Phillimore*, *mihi haec fere supplenda uidentur:* et alba ⟨stamina aui Pollaeque, omni potiora metallo,⟩; *possis etiam:* ⟨stamina, felici tantum de uellere facta,⟩ 19 patrias *Gronou.* lauro *MA**, *corr.*

ergo quod Ausoniae pater augustissimus urbis
ius tibi tergeminae dederat laetabile prolis,
omen erat. uenit totiens Lucina piumque
intrauit repetita larem. sic fertilis, oro,
stet domus et donis numquam mutata sacratis.
macte, quod et proles tibi saepius aucta uirili
robore, sed iuueni l*a*eta*n*da *e*t uirgo parenti
[aptior his uirtus, citius dabit illa nepotes],
qualis maternis Helene iam digna palaestris
inter Amyclaeos reptabat candida fratres,
uel qualis caeli facies, ubi nocte serena
admouere iubar mediae duo sidera lunae.
Sed queror haud faciles, iuuenum rarissime, questus
irascorque etiam, quantum irascuntur amantes.
tantane me decuit uulgari gaudia fama
noscere? cumque tibi uagiret tertius infans,
protinus ingenti non uenit nuntia cursu
littera, quae festos cumulare altaribus ignes
et redim*i*re chelyn postesque ornare iuberet
Albanoque cadum sordentem promere fumo
et cantu signare diem, sed tardus inersque
nunc demum mea uota cano? tua culpa tuusque
hic pudor. ulterius sed enim producere questus

Krohn, lauros ς*a* 24 nudata *Markl.* 25 et *M*, ut *Heins.* saepius *M*, se prius *Heins.* 26 sed *M*, se *Pol.*, sic *Heins.* letam dat *M*, se iam dat *Heins.*, laetandast *Baehrens*, laetanda et *a. 1886 proposui* 27 *damn. Markl.* 32 carissime ς 38 redimere *M*, *corr.* ς 39 Albanique *Krohn* 40 creta *Bentl.*, coetu *R. Vnger*, tantum *conieci, illud enim non adducor ut credam, Papinium de gratulandi munere lucratiuo sibi non iniuncto conqueri* diem? sic *Baehrens*, diem? si *Brandes*

non licet; en hilaris circumstat turba tuorum
defensatque patrem. quem non hoc agmine uincas?
Di patrii, quos auguriis super aequora magnis
litus ad Ausonium deuexit Aban*t*ia classis,
tu, ductor populi longe migrantis, Apollo,
cuius adhuc uolucrem laeua ceruice sedentem
respiciens blande felix Eumel*us* adorat,
tuque, Ac*ta*ea Ceres, cursu cui semper anhelo
uotiuam taciti quassamus lampada mystae,
et uos, Tyndaridae, quos non horrenda Ly*c*urgi
Ta*y*geta umbrosaeque magis coluere Therapnae:
hos cum plebe sua patrii seruate penates.
sint, qui f*e*ssam aeuo crebrisque laboribus urbem
uoce opibusque iuuent uiridique in nomine seruent.
his placid*o*s genitor mores largumque nitorem
monstret auus, pulchrae studium uirtutis uterque.
quippe et opes et origo sinunt ha*n*c lampade prima
patricias intrare fores, hos pube sub ipsa,
si modo prona bonis inuicti Caesaris adsint
numina, Romulei limen pulsare senatus.

IX.

*H*ENDECASYLLABI AD PLOTIVM GRYPVM.

Est sane iocus iste, quod libellum
misisti mihi, Grype, pro libello.

---

46 ab anxia *M, corr.* ς 48 laeua *MA*, Idaliam *nos olim, at cf. Theb. VIII 748* 49 eumeliss *M*, heumelis *a*, eumelis *A*, *corr. Housman (coll. III 3, 210. IV 3, 134. V 2, 22. 4, 5)* 50 acea *Ma*, actea *A* 53 Targeta *M, corr.* ς 54 patriae *Gronou.* 55 fossam *M, corr.* ς 56 placidus *M, corr.* ς 59 hac *M, corr. Geuaerts*

IX. ENDECA · SYLLABI · IOCOSI · ADPLOTIV̄ · GRYPVM · *M*, Plocio

urbanum tamen hoc potest uideri,
si post hoc aliquid mihi remittas;
nam si ludere, Grype, perseueras,
non ludis. licet, ecce, computemus.
noster, purpureus nouusque charta
et binis decoratus umbilic*is*,
praeter me mihi constitit decussis:
tu rosum tineis situque putrem,
quales aut Libycis madent oliuis
aut tus *N*iliacum piperue seruant
aut Byzantiacos colunt lacertos,
nec saltem tua dicta continentem,
quae trino iuuenis foro tonabas,
aut centum prope iudices, priusquam
te Germanicus arbitrum sequenti
annonae dedit omniumque late
praefecit stationibus uiarum,
sed Bruti senis oscitationes
de capsa miseri libellion*is*
emptum plus minus asse Gaiano
donas. usque adeone defuerunt
caesis pillea s*u*ta de lacernis
uel mantelia luridaeue mappae,
chartae Thebaicaeue Caricaeue?

Grippo *a*, Endecasÿllabi iocosi ad plociū Grippū *A* 4 post hunc *Barth*, posthac aliud m. remittes *Heins.* 8 umbilicus *M*, *corr.* ς 9 decussi *Turnèbe* 13 olent *Heins.* 24 scissis *Heins.*, crassis *Waller* sicta *M*, *corr.* ς, secta *Polster* 26 chartae *sunt proprie cuculli (Mart. III 2, 5) chartacei (Hor. epist. II 1, 270), tum modus non ita magnus rerum earum, quibus ipsae 'dabant tunicas' (Cat. 95, 8. Mart. IV 86, 8), h. l. palmularum carica-*

nusquam turbine conditus ruenti
prunorum globus atque co*t*tanorum?
non e*n*lychnia sicca, non replictae
bul*b*orum tunicae? nec oua tantum
nec le*n*es halicae nec asperum far?
nusquam Cinyphiis uagata campis
curuarum domus uda coclearum?
non lardum *bre*ue debilisue perna?
non Lucanica, non graues Falisci,
non sal oxy*p*orumue caseusue,
aut panes uiridantis a*ph*ronitri
uel passum psithiis *s*uis recoctum,
dulci defruta uel lutosa caeno?
quantum *uel* dare cereos olentes,
cu*l*tellum tenuesue codicillos?
ollares, rogo, non licebat uuas,
Cumano patinas in orbe tortas
aut unam dare synthesin (quid horres?)
alborum calicum atque caccaborum?
sed certa uelut aequus in statera
nil mutas, sed idem mihi rependis.

---

rumque 27 rubenti *Heins.* 28 cattanorum *M* 29 eulychnia *M*, ellychnia ς, enlychnia *Klotz* 30 Bullorum *M*, *corr* ς *A* (Pullorum *a*) tantum *M*, tota *Turnèbe*, tandem *Markl.*, saltim *Baehrens*, (quantum!) *Postgate*, nantum *nescioquis* 31 leues *M*, *corr. Heins.* 34 graue *M*, *corr. Markl.*, hiraue *Heins.* *(at bis in tota siluula eliditur)* 36 oxyforumue *M* (oxiferum *a*, oxiforum *A*), oxigarumue *Parm.*, *corr. Dom.* 37 afpronitri *M*, ephronitri *a*, *corr.* ς *A* 38 uuis (*uel* unis) *M*, *corr. Dom.* 39 defructa *M*, *corr.* ς 40 uel *Dom.*, nec *M* 41 cutellum *M*, cultellum ς*a* 43 in *corruptum*, uel (an) *Heins.*, sub *conieci* 45 aluorum *Saumaise*, obbarum *Heins.* 47 mihi *MA*,

quid si, cum bene mane semicrudus
inlatam tibi dixer*o* salutem,
et tu me uicibus domi salutes?
aut, cum me dape iuueris opima,
expectes similes et ipse cenas?
irascor tibi, Grype. sed ualebis;
tantum ne mihi, quo soles lepor*e*,
et nunc hendecasyllabos remittas.

---

nihil ς*a*   49 inlotam *Turnèbe*, allatam *Markl.*, inuitam *Phillimore*, inlaesam *uel* intactam (*h. e. 'plurimam et plenissimam'*) *conicias*   dixere *M*, *corr.* ς   54 ne ς, me *M*   quo ς, quod *M*   lepori *M*, *corr. Dom.*

Subscribitur in M: P · PAPINI STACII · SILVARVM · LIBER| IIII · EXPLICIT · INCIP · LIB · V

P. PAPINI STATI

SILVARVM

LIBER V.

I.

STATIVS ABASCANTO SVO SALVTEM.

1 Omnibus affectibus prosequenda sunt bona exempla, cum publice prosint. pietas, quam Priscillae tuae praestas, et morum tuorum pars et nulli non conciliare te, praecipue marito, potest. uxorem enim uiuam amare 4
2 uoluptas est, defunctam religio. Ego tamen huic operi non ut unus e turba nec tantum quasi officiosus

---

V. *Libri titulum om. a*, V. liber *'A* EPISTVLA *cum ad unum in Priscillam epicedion pertineat, peculiari uidetur huius opusculi editioni fuisse praemissa: mortuo demum Statio, 'quinti Siluarum' editorem exstitisse apparet eumque consolationi illi ad Abascantum quattuor libellos adiecisse, quos tantum non diuulgato libro poetam destinasse constabat Epistulae titulum eundem exhibent MA, nisi quod* suo s///////*A* 1 Omnium *Phillimore*, <C>om(m)u(n)ibus *malim* (*quid sit* omnibus affectibus, *docent loci, quales sunt Sen. epist. 116, 3. 6. Curt. VII 1, 24. Quintil. Inst. I 8, 7. XI 3, 2. 176. XII 10, 62. Decl. 294 p. 167, 7 Ritt.)*

adsilui. amauit enim uxorem meam Priscilla et amando
fecit mihi illam probatiorem; post hoc ingratus sum,
3 si lacrimas tuas transeo. Praeterea latus omne diui-
nae domus semper demereri pro mea mediocritate co-
nitor. nam qui bona fide deos colit, amat et sacerdo-
4 tes. Sed quamuis propiorem usum amicitiae tuae
iampridem cuperem, mallem tamen nondum inuenisse
materiam

EPICEDION IN PRISCILLAM.

Si manus aut similes docilis mihi fingere ceras
aut ebur impressis aurumue animare figuris,
hinc, Priscilla, tuo solacia grata marito
conciperem. namque egregia pietate meretur,
ut uel Apelleo uultus signata colore,
Phidiaca uel *uiu*a manu reddare dolenti.
sic auferre rogis umbram conatur et ingens
certamen cum Morte gerit curasque fatigat
artificum inque omni te quaerit amare metallo.
sed mortalis honos, agilis quem dextra laborat.

---

7 adsilui *M*, assidui *a*, assilui *A'* Priscillam *M*, *corr.* ς 12 uisum *Ma*, *corr.* ς (ᵉ꜀ usum *A'*) 13 talem *Barth* inuenisse *MA**, interuenisse ς *a* *pro imperfecta hanc praefationem Baehrens habebat, ego scribendum existimauerim* mallem tamen nondum ⟨hunc mihi comparauisse, quam maerore luctuque tuo minuendo impetrasse, nedum⟩ inuenisse materiam EPICEDION IN PRISCILLAM

I. EPYCEDION IN PRISCILLAM VXOREM *M*, Epicedion ī priscillam uxorem *A*, uxorem *secl. Klotz*, in Priscillam ⟨Abascanti⟩ uxorem ς *Parm.* 1 fingere *MA*, pingere *Krohn* 3 moretur *M*, meretur M^2 ς *A'* (merentem *a*) 6 uiua *scripsi*, uata *M*, nata M^2, rasa *Schrader*, -ue animata *Phillimore*, Phidiacam uel nacta manum *Postgate* 9 quaerit habere *Markl.*

nos tibi, laudati iuuenis rarissima coniunx,
longa nec obscurum finem latura perenni
temptamus dare iusta lyra, modo dexter Apollo
quique uenit iuncto mihi semper Apolline Caesar
annuat: *h*aut alio melius condere sepulcro.
Sera quidem tanto struitur medicina dolori,
altera cum uolucris Phoebi rota torqueat annum:
sed cum plaga recens et adhuc in uulnere primo
nigra domus † quaestu miferamque † accessus ad aurem
coniugis orbati, tunc flere et scindere uestes
et famulos lassare greges et uincere planctus
Fataque et iniustos rabidis pulsare querelis
caelicolas solamen erat. licet ipse leuandos
ad gemitus siluis comitatus et amnibus Orpheus
adforet atque omnis pariter matertera uatem,
omnis Apollineus tegeret Bacchique sacerdos,
nil cantus, nil fila deis pallentis Auerni
Eumenidumque audita comis mulcere ualerent:
tantus in attonito regnabat pectore luctus.
nunc etiam ad planctus refugit iam plana cicatrix,
dum canimus, grauibusque oculis uxorius instat
imber. habentne pios etiamnum haec lumina fletus?
mira fides! citius genetrix Sip*y*lea feretur

---

11 carissima ς 15 aut *M*, *corr.* ς *A* 17 uolucrem *Markl.*
19 aegra *Heins.* questu *uulgo*, quis tum miserandam *Adrianus* (quis tum uesanam *Postgate*, miseram quis tunc *Phillimore*), Nigra domus [quaestu] miseramque <atrox> *Korsch*, maestam uetitusque *conieci* 20 nunc *Ma*, *corr.* M^1 *Dom.* 21 planctu *Heins.* (iungere planctus *idem*) 28 choris *Lindenbrog*
30 ad planctus *M*, adtactus *Phillimore* 32 etiamnum haec *MA*, etiamnunc ς *a* 33 si pelea *M*, Sipyleia ς *Dom.* fertur *M*, Sipylea feretur *Heins.*

exhausisse genas, citius Tithonida maesti
deficient rores aut exsatiata fatiscet
mater Achilleis hiemes adfrangere bustis.
macte animi! notat ista deus, qui flectit habenas
orbis et humanos propior Ioue digerit actus,
maerentemque uidet lectique arcana ministri
hinc etiam documenta capit, quod diligis umbram
et colis exequias. hic est castissimus ardor,
hic amor a domino meritus censore probari.

Nec mirum, si uos collato pectore mixtos
iunxit inabrupta concordia longa catena.
illa quidem nuptu*m*que prior taedasque marito
passa alio, sed te ceu uirginitate iugatum
uisceribus totis animaque amplexa fouebat;
qualiter aequaeuo sociatam palmite uitem
ulmus amat miscetque nemus ditemque precatur
autumnum et caris gaudet redimita racemis.
laud*e*ntur proaui*s* seu pulchrae munere formae,
quae morum caruere bonis fals*ae*que potentes
laudis egent uerae: tibi quamquam et origo niteret
et felix species multumque optanda maritis,
ex te maior honos, unum nouisse cubile,
unum secretis agitare sub ossibus ignem.
illum nec Phrygius uitiasset raptor amorem
Dulichiiue proci nec qui fraternus adulter
casta Mycenaeo conubia polluit auro.
si Babylonos opes, Lydae si pondera gazae

---

39 uidens *Baehrens*, leuat *nescioquis* 44 uinxit *Heins.* 45 nuptuque *MA*, *corr.* ς *a Parm. Dom.* 51 Laudantur *MA*, laudentur ς *Dom.* proaui seu *Ma*, *corr.* ς *Parm. Dom.* (proauis et *Pol.*) 52 falsoque *M*, *corr. Heins.*

Indorumque dares Serumque Arabumque potentes
diuitias, mallet cum paupertate pudica
intemerata mori uitamque rependere famae.
nec frons triste rigens nimiusque in moribus horror,
sed simplex hilarisque fides et mixta pudori
gratia. quod si anceps metus *ad* maiora u*o*casset,
illa uel armiferas pro coniuge laeta cateruas
fulmineosque ignes mediique pericula ponti
exciperet. melius, quod non aduersa probarunt,
quae tibi cura tori, quantus pro coniuge pallor.
sed meliore uia dextros tua uota marito
promeruere deos, dum nocte dieque fatigas
numina, dum cunctis supplex aduolueris aris
et mitem genium domini praesentis adoras.
audita es, uenitque gradu Fortuna benigno.
uidit quippe pii iuuenis nauamque quietem
intactamque fidem succinctaque pectora curis
et uigiles sensus et digna euoluere tantas
sobria corda uices, uidit, qui cuncta suorum
nouit et inspectis ambit latus omne ministris.
nec mirum: uidet ille ortus obitusque, quid a*uster*,
quid boreas hibernus agat, ferrique t*o*gae*que*
consilia atque ipsam mentem probat. ille iu*u*a(*n*)tis
molem immensam umeris et uix tractabile *pond*us

---

63 impendere *Auant.* 64 maioribus *M*, in moribus ς *Dom.*, *unde A'* 66 et m. uacasset *M* (uatasset *A*), *corr.* ς *Dom.* 69 doluit *Phillimore* 71 splendidiore? 80 cingit *Baehrens* 81 auster ς, arctos *MA*, p(er) actos *a* 82 rotagae *M*, rogate *a*, rotage *A**, *corr.* ς *Dom.* 83 iuua(n)tis *scripsi*, iubatis *M*, subactis *Io. Britannicus*, beatis *Heins.*, probatis *Krohn*, iugatis *Lohr* 84 pondus *Auant.*, tempus *M a Parm. Dom.*

imposuit, nec enim numerosior altera sacra
cura domo, magnum late dimittere in orbem
Romulei mandata ducis uiresque modosque
imperii tractare manu; quae laurus ab Arcto,
quid uagus Euphrates, quid ripa binominis Histri,
quid Rheni uexilla ferant, quantum ultimus orbis
cesserit et refugo circumsona gurgite Thyle
(omnia nam laetas pila attollentia frondes,
nullaque f*a*mosa signatur lancea penna);
praeterea, fidos dominus si diuidat enses,
pandere, quis centum ualeat frenare, maniplos
inter missus eques, quis praecepisse cohorti,
quem deceat clari praestantior ordo tribuni,
quisnam frenigerae signum dare dignior alae;
mille etiam praenosse uices, an merserit agros
Nilus, an imbrifero Lib*y*e sudauerit Austro;
cunctaque si numerem, non plura interprete uirga
nuntiat ex celsis ales Tegeaticus astris
quaeque cadit liquidas Iunonia uirgo per auras
et picturato pluuium ligat aëra gyro
quaeque tuas laurus uolucri, Germanice, cursu
Fama ue*hi*t praegressa diem tardumque sub astris
Arcada et in medio linquit T*h*aumantida caelo.
Qualem te superi, Priscilla, hominesque benigno

92 laetas *M*, laceras *Parm. Dom.*, *unde* omniane illaceras *Pol.*, Clarias *Heins.* 93 ullane *Pol.* fumosa *M*, *corr. Saumaise*, damnosa *Heins.* signetur *Pol.* 95. 96 frenare maniplis Intermixtus equos *Saumaise*, frenare, maniplo Intermissus eques *Madvig* 99 etiam *M*, anni *Turnèbe* 100 librae *M*, *corr.* ς 101 cuncta quid enumerem? *Heins.* 105 curru *Casaubon* 106 uelut *M*, *corr. Dom.* sub ursis *nescioquis*

aspexere die, cum primum ingentibus actis
admotus coniunx. uicisti gaudia *pae*ne
ipsius, effuso dum pectore prona sacratos
ante pedes † auide domini tam magna merentis
uolueris. Aonio non sic in uertice gaudet,
quam pater arcani praefecit hiatibus antri
Delius, aut primi cui *ius* uenerabile thyrsi
Bacchus et attonitae tribuit uexilla cateruae.
nec tamen hi*nc* mutata quies probitasue secundis
intumuit: tenor idem animo moresque modesti
fortuna crescente manent. fouet anxia curas
coniugis hortaturque simul flectitque labores.
ipsa dapes modicas et sobria pocula tradit,
exemplumque ad erile monet; uelut Apula coniunx
agricolae parci uel sole infecta Sabino,
quae uidet emeriti iam prospectantibus astris
tempus adesse uiri, propere mensasque torosque
instruit expectatque sonum redeuntis aratri.
parua loquor. tecum gelidas comes illa per arctos
Sarmaticasque hiemes Histrumque et pallida Rheni
frigora, tecum omnes animo durata per aestus
et, si castra darent, uellet gestare pharetras,

110 acuisti *Heins.* paene *Burmann*, cene *M*, cunnę *a*, *tacente A* (cenę *Pol.*), certe *Markl.* 111 dapsilis affuso *Heins.* 112 auide *medelae indigere uidit Heins.: corrigendumne* <s>ancte *(Cic. n. d. III 53: 'deos—sancte—ueneramur')?* ferentis *Dom.*, iubentis *nescioquis* 113 ausonio *M*, *corr.* ς *Dom.* 114 Quem *M*, *corr. Barth* 115 cuius *M*, *corr. Dom.* 117 hic *M*, *corr.* ς 122 mouet *M*, *corr.* ς 123 parti *M*, *corr.* ς *A'* Sabina *Heins.* 126 redeuntibus *M*, *corr.* ς 127 ire *Schrader* 129 durare *Markl.* 130 dares *Heins.*

uellet Amazonia latus intercludere pelta;
dum te pulueream bellorum nube uideret
Caesar*e*i prope fulmen equi diuinaque tela
*l*ibrantem et magnae sparsum sudoribus hastae.
  Hactenus alma chelys. tempus nunc ponere frondes,
Phoebe, tuas maestaque comam damnare cupresso.
  Quisnam impacata consanguinitate ligauit
Fortunam Inuidiamque deus? quis iussit iniquas
aeternum bellare deas? nullamne nota*b*it
illa domum, toruo quam non haec lumine figat
protinus et saeua proturbet gaudia dextra?
florebant hilares inconcussique penates:
nil maestum. quid enim, quamuis infida leuisque,
Caesare tam dextro posset Fortuna timeri?
inuenere uiam liuentia Fata, piumque
intrauit uis saeua larem. sic plena maligno
adflantur uineta Noto, sic alta senescit
imbre seges nimio, rapidae sic obuia puppi
inuidet et uelis *ia*(*m*) *insi*bilat aura secundis.
carpitur eximium Fato Priscilla decorem;
qualiter alta comam siluarum gloria pinus
seu Iouis igne malo seu iam radice soluta
deficit et nulli spoliata remurmurat aurae.
quid probitas aut casta fides, quid numina prosunt
culta deum? furuae miseram circum undique Leti

---

132 puluereum *Baehrens* <in> nube ς 133 Caesari *M*, *corr.* ς 134 Vibrantem *M*, librantem *Markl.*, *idque recepi, neque enim armigeri est tela ducis uibrare* 139 notauit *MA*, *corr. Barth* 144 dextro tam *M*, *corr. M*[1] 146 intr. Libitina *Heins.* 149 adnubilat *M*, obnubilat *uel* obsibilat *Markl.*, iam insibilat *scripsi*

uallauere plagae, tenduntur dura Sororum
licia et exacti superest pars ultima fili.
nil famuli coetus, nil ars operosa medentum
auxiliata malis; comites tamen undique ficto
spem simulant uultu, flentem notat illa maritum.
ille modo infernae nequiquam flumina Lethes
incorrupta rogat, nunc anxius omnibus aris
inlacrimat signatque fores et pectore terget
limina; nunc magni uocat exorabile numen
Caesaris. heu durus fati tenor! estne quod illi
non liceat? quantae poterant mortalibus annis
accessisse morae, si tu, pater, omne teneres
arbitrium? caeco gemeret Mors clusa bara*th*ro
longius et uacuae posuissent stamina Parcae.
iamque cadunt uultus oculisque nouissimus error
optunsaeque aures, nisi cum uox sola mariti
noscitur; illum unum media de morte reuersa
mens uidet, illum aegris circumdat fortiter ulnis
immotas obuersa genas, nec sole supremo
lumina, sed dulci mauult satiare marito.
tum sic unanimum moriens solatur amantem:
'Pars animae uictura meae, cui linquere possim
o utinam, quos dura mihi rapit Atropos annos:
parce, precor, lacrimis, saeuo ne concute planctu
pectora, nec crucia fugientem coniugis umbram.
linquo equidem thalamos, saluo tamen ordine m*essa*,

---

156 tenuantur ς *Dom.* 159 indice? 160 ipsa ς 164 Lumina *a Parm. Dom. A* (Limina *Pol.*), 172 reuersae *Heins.* 177 possem *Markl.* 179 ne *MA*, nec ς *a* 180 poctora *M* 181 messa *scripsi* ('ordine messis' *non ausus*), *coll. Eurip. fr. 757, 5 sq.* N.: ἀναγκαίως δ'ἔχει | βίον θερίζειν ὥστε

quod prior; exegi longa potiora senecta
tempora: uidi omni pridem te flore nitentem,
uidi altae propius propiusque accedere dextrae.
non in te fatis, non iam caelestibus ullis
arbitrium; mecum ista fero. tu limite coepto
tende libens sacrumque latus geniumque potentem
inrequietus ama. nunc, quod cupis ipse iuberi,
da Capitolinis aeternum sedibus aurum,
quo niteat sacri centeno pondere uultus
Caesaris et propriae signet cultricis amorem.
sic ego nec Furias nec deteriora uidebo
Tartara et Elysias felix admittar in oras'.
  Haec dicit labens sociosque amplectitur artus
haerentemque animam non tristis in ora mariti
transtulit et cara pressit sua lumina dextra.
  At iuuenis magno flammatus pectora luctu
nunc implet saeuo uiduos clamore penates,
nunc ferrum laxare cupit, nunc ardua tendit
in loca (uix retinent comites), nunc ore ligato
incubat amissae mersumque in corde dolorem
saeuus agit, quali conspecta coniuge segnis
Odrysius uates positis ad Strymona plectris

κάρπιμον στάχυν (*Cic. Tusc. III 59: uita omnibus Metenda, ut fruges: sic iubet necessitas*). *Hor. epist. II 2, 178 sq.: 'metit Orcus Grandia cum paruis'*, mostis *M*, noctis *a*, maestis *Parm.*, maestos *Dom.*, mestos *A'*, mortis ς (*cod. Mentelian. s. XV—XVI*), maesti *Markl.*, testor *Cornelissen*, nostros *Korsch* 188 iure quietus *Heins.* 189 De *a*, des *Markl.* 190 quod *Vollmer* niteant *Markl.* 191 : id p.? signes *a Parm. Dom.* 198 penates *MA*, penatis *a* 202 alit *Heins.* quali (*i. mortua*) *scripsi*, qualis *M*, qualis conspecto coniugis igni *Barth*

obstupuit tristemque rogum sine carmine fleuit.
ille etiam ⟨*imm*⟩erit*a*e rupisset tempora uitae,
ne tu Tartareum chaos incomitata subires,
se*d* prohibet mens fida ducis † mirandaque sacris
imperiis et maior amor.
Quis carmine digno
exequias et dona malae feralia pompae
perlegat? omne illic stipatum examine longo
uer Arabum Cilicumque fluit floresque Sabaei
Indorumque arsura seges praereptaque templis
tura Palaestinis, simul Hebraeique liquores
Cor*y*ciaeque comae Cinyreaque germina *Oron*tis.
ipsa toris Serum Tyrioque umbrata recumbit
tegmine. sed toto spectatur in agmine coniunx
solus; in hunc magnae flectuntur lumina Romae
ceu iuuenes natos suprema ad busta ferentem:
is dolor in uultu, tantum crinesque genaeque
noctis habent. illam tranquillo fine solutam
felicemque uocant, lacrimas fudere marito.

---

205 etiam ⟨imm⟩eritae *scripsi*, etiam erecte *MA*, *uocis* erecte *primam e* *suprascr.* M^1; *sequitur in M rasura :'ante rasuram uidetur fuisse* -t *uel* -r' *(Klotz)*, etiam certe ς, etiam spretae *B. Friedrich*, et damnatae *Phillimore* 207 sec *M*, sed *uulgatur* duci *(Dom.)* seruandaque magnis *Barth*, duci iurataque *Markl.*, duci, nauandaque *conieci* 213 simul et Phariique *Heins. (coll. II 1, 61)*, *potuit* simul Hyblaeique *(III 2, 118. Herodot. I 198)*: *certe mox (uu. 226—231) de corpore condiendo agitur; nec tamen quidquam mutandum est, cum Martiali quoque (XI 8, 1) 'Lapsa quod Hebraeis spirant opobalsama dumis' restituendum esse uideatur* 214 Corsciaeque *Ma*, *corr.* ς *Pol.* Orontis *scripsi (Prop. I 2, 3: 'Orontea... murra')*, et altis *M*, at altis *Gronou.*, in altis *Baehrens* 215 serium *M*, *corr.* ς 220 sordis *Markl.*

Est locus, ante Vrbem qua primum nascitur ingens
Appia quaque Italo gemitus Almone Cybebe
ponit et Idaeos iam non reminiscitur amnis.
hic te Sidonio uelatam molliter ostro
eximius coniunx (nec enim fumantia busta
clamoremque rogi potuit perferre) beato
composuit, Priscilla, toro. nil longior aetas
carpere, nil aeui poterunt uitiare labores:
sic ca⟨*u*⟩tum membris, tantas uenerabile marmor
spirat opes. mox in uarias mutata nouaris
eff*i*gies: hoc aere Ceres, hoc lucida Gnosis,
illo Maia solo, Venus hoc non improba saxo.
accipiunt uultus haud indignata decoros
numina: circumstant famuli consuetaque turba
obsequiis, tunc rite tori mensaeque parantur
assiduae. domus ista, domus! quis triste sepulcrum
dixerit? hac merito uisa pietate mariti
protinus exclames: 'Est hic, agnosco, minister
illius, aeternae modo qui sacraria genti
condidit inque alio posuit sua sidera caelo'.
sic, ubi magna nouum Phario de litore puppis
soluit iter iamque innumeros utrimque rudentes
lataque ueliferi porrexit brachia mali
inuasitque uias, in eodem a*n*gusta phaselos
aequore et immensi partem sibi uindicat Austri.

---

230 Sic catum *M*, Siccatam ς *a*, Siccatum *A*, *corr. Phillimore* 231 Spirat *MA*, S(a)epit ς *a* 232 Effugies *M*, *corr.* ς 233 solo *(h. e. 'argilla') scripsi*, tolo *MA* (loco *a*), tholo ς, auro *Markl.*, luto *Baehrens* 238 haec *M, corr.* ς *Dom.* 245 it *Gevaerts* augusta *M*, *corr.* ς

Quid nunc immodicos, iuuenum lectissime, fletus
corde foues longumque uetas exire dolorem?
nempe times, ne Cerbereos Priscilla tremescat
latratus? tacet ille piis. ne tardior adsit
nauita proturbetque uadis? uehit ille merentes
protinus et manes placidus locat hospite cumba.
praeterea, si quando pio laudata marito
umbra uehit, iubet ire faces Proserpina laetas
egressasque sacris ueteres *hero*idas antris
lumine purpureo tristes laxare tenebras
sertaque et Elysios animae praesternere flores.
sic manes Priscilla subît; ibi supplice dextra
pro te Fata rogat, reges tibi tristis Auerni
placat, ut expletis humani finibus aeui
pacantem terras dominum iuuenemque relinquas
ipse senex. certae iurant in uota Sorores.

II.

LAVDES CRISPINI [VETTI BOLANI FILII.]

Rura meus Tyrrhena petit saltusque Tagetis
Crispinus; nec longa mora est aut auia tellus,
sed mea secreto uelluntur pectora morsu,
udaque turgentes *in*sper*g*unt lumina guttas,
ceu super Aegaeas hiemes abeuntis amici

---

252 ripa *Markl.* 253 plorata *idem* 255 eoridas *MA*, *corr.* ς *Dom.* 261 placantem *M*, *corr. Auant.* 262 certae *MA*, ternae *Nodell*

II. Laudes Crispini vectii Bolani filij *A* (De Crispino *a*), PROTREPTICON AD CRISPINVM ς 3 Et *M*, *corr. Gronou.* 4 inspergunt *scripsi*, impellunt *M*, expellunt *Markl.* (imp. l. guttae *idem*)

uela sequar spectemque ratem iam fessus ab altis
rupibus atque oculos longo querar aëre uinci.
Quid? si militiae iam te, puer inclite, primae
clara rudimenta et castrorum dulce uocaret
auspicium, quanto manarent gaudia fletu
quosue darem amplexus! etiamne optanda propinqu*a*
tristi*bus*? o*c*tonos bis *non* tibi circuit orbes
uita, sed a*n*gustis animus robustior annis,
† succumbitque oneri et mentem sua non capit aetas.
nec mirum: non te series inhonora parentum
obscurum proauis et priscae lucis egentem
plebeia de stirpe tulit; non sanguine *c*retus
turmali trabe*a*(*m*)ue *nouan*s et paupere clauo
augustam sedem et Latii penetrale senatus
aduena pulsasti, sed praecedente tuorum
agmine. Romulei qualis per iugera circi,
cum pulcher uisu, titulis generos*us* auitis
expectatur equus, † cuius de st*e*mmate longo

---

7 longon *M* (longum *a*), *corr. Pol.* 8 quod ς 9 gnaua *Markl.* 11 propinqui *M*, *corr. Krohn*, propinquis ς, propinquant *Auant.*, et iamne o. propinquas *Phillimore* 12 tristibus *scripsi*, Tristia ut *M*, tristia? et ς ottonos *M*, octonos ς non *scripsi*, iam *M*, uix bis tibi *Phillimore* 13 augustus *M*, augustis *M*[1], angustis ς 14 *del. Barth*, incumbitque *Baehrens*, *locum Vollmer sic fere interpretatur: 'aetas oneri mentis succumbit et mentem capit non sua aetas', at haec sibi repugnant*; succedetque oneri, quantum tua non capit aetas *conieci: 'tanto succedet oneri (Verg. Aen. II 723) animus tuus, quantum alioquin' eqs.*
17 tretus *M*, *corr.* ς 18 trabeamue nouans *scripsi (cf. II 7, 9. Theb. I 111. XI 400 al.)*, trabeque ac remis *MA*, trabeęque & remis *a*, trabeaque Remi nec ς, trabeaque recens et *Krohn*
21 munera *Markl.* 22 uisu et *Heins.* generosiss *M*

felix demeritos habet † admissura parentes,
illum omnes acuunt plausus, illum ipse uolantem
puluis et incuruae gaudent agnoscere metae:
sic te, clare puer, genitum sibi Curia sensit,
primaque patricia clausit uestigia luna.
mox Tyrios ex more sinus tunicamque potentem
agnouere umeri. sed enim tibi magna parabat
ad titulos exempla pater. quippe ille iuuentam
protinus ingrediens pharetratum inuasit Araxen
belliger indocilemque fero seruire Neroni
Armeniam. rigidi summam Mauortis agebat
Corbulo, sed comitem belli sociumque laborum
ille quoque egregiis multum miratus in armis
Bolanum; a*c* *iuuen*i curarum asperrima suetus
credere partirique metus, quod tempus amicum
fraudibus, ex*e*rto quaenam bona tempora bello,
quae sus*pec*ta fides aut quae fuga uera ferocis
Armenii. Bolanus iter praenosse timendum,
Bolanus tutis iuga quaerere commoda castris,
metiri Bolanus agros, aperire malignas
to*r*re(*n*)*t*um nemorumque moras tantamque uerendi
mentem implere ducis iussisque ingentibus unus
sufficere. ipsa uirum norat iam barbara tellus,
ille secundus apex bellorum et proxima cassis.
sic Phryges attoniti, quamquam *Lern*(*a*)ea uiderent

24 demeritos *MA* (demetrios *a*), emeritos *Gevaerts* parentes *MA*, parentis *a* 23—24 cu<i> ius... felixq. emeritos dedit *conieci* 27 cura *M, corr. M*[1] 34 habebat *Schrader* 37 ac iuueni *scripsi*, atque illi *M*, atque uni *Heins.* 39 exorto *M, corr. Liuineius* 40 suscepta *M, corr. Pol.* 43 Metiri *MA*, metari *Dom.* 44 torrentum *Heins.*, Tot rerum *M*, tot ueprum *Dom.* 48 Lernaea *Markl.*, nemea *MA**,

arma Cleonaeusque acies impelleret arcus,
pugnante Alcide tamen et Telamona timebant.
disce, puer; nec enim externo monitore petendus
uirtutis tibi pulcher amor: cognata ministret
laus animos. aliis Decii reducesque Camilli
monstrentur: tu disce patrem, quantusque negantem
*fasc*ibus *Ausoni*is fess⟨*um*⟩ usque Hyperion*a* Thylen
intrarit mandata gerens quantusque potent*is*
mille urbes Asiae sortito rexerit anno,
imperium mulcente toga. *b*ib*e* talia pronis
auribus. haec certent tibi conciliare propinqui,
haec iterent comites praecepta senesque paterni.
  Iam *patriu*(*m*) moliris iter nec deside passu
ire paras: nondum ualidae tibi signa iuuentae
inrepsere genis, et adhuc tenor integer aeui.
nec genitor iuxta; fatis namque haustus iniquis
occid*era*t geminam prolem sine praeside linquens.

---

uectita *a*, nemeea *Dom.*, nemeça *Pol.* pauerent *Heins.*, *an* uigerent? 52 ministrat *dubitanter Vollmer* 54 natantem *Dom.*, nigrantem *Auant.*, *tu cf. III 1, 124* 55 fascibus Ausoniis *scripsi*, Fluctibus occiduis *M (Theb. IV 61)*, lucibus o. *Baehrens*, noctibus o. *Phillimore* fessum usque Hyperiona *R. Vnger*, fessusque Hyperione *M*, fessoque *Dom.*, fesso usque *idem*, çassamque *Markl.*, fessoque Hyperioni *Imhof (coll. Theb. III 521: 'Iasoni')*, fessamq. Hyperione *Phillimore* 56 potentes *M*, *corr. Heins.*

58 tibi *M*, *corr. Heins.* 60 petenti *Markl.*, paterna *Postgate*, praecepta senes comitesque paterni *Housman*, *nihil mutandum: intelleguntur enim 'comites paterni' (Hom. β 254 al.) 'senesque' idem 'paterni' (Ach. I 546 sq.)* 61 Iam patrium *scripsi*, Iamque alio *M*, Iamque illo ϛ *Heins.*, Iamque adeo *Markl.*, Iamque animo *Waller* 65 occiderat *scripsi*, Occidio et *M*, occidit et ϛ, occidit heu *Dom.*

nec saltem teneris ostrum puerile lacertis
exuit albentique umeros induxit amictu.
quem non corrupit pubes effrena nouaeque
libertas properata togae? ceu nescia falcis
silua comas tollit fructumque expirat in umbras.
at tibi Pieriae tenero sub pectore curae
et pudor et docti legem sibi dicere mores;
*hi*nc hilaris probitas et frons tranquilla nitorque
luxuriae confine tenens pietasque per omnes
dispensata *mod*os: aequaeuo cedere fratri
mirarique patrem miseraeque ignoscere matri
admonuit fortuna domus. tibine illa nef*a*nda
pocula letalesque manu componere sucos
eualuit, qui uoce potes praeuertere morsus
serpentum atque omnis uultu placare nouercas?
infestare libet manes meri*t*oque precatu
pacem auferre rogis; sed te, puer optime, cerno
flectentem ⟨*noctis dominum, trux agmina sontum*
qui dirimit⟩ iustis, et talia dicta parantem:
'Parce, precor, cineri: fatum illud et ira nocentum
Parcarum crimenque dei, mortalia quisquis
pectora sero uidet nec primo in limine sistit

68 corripit *M*, corrupit *M*[1]*A*, corripuit ς 73 hinc *Baehrens*, Tunc *M* 74 timens *Bernaerts* 75 modos *Adr. Behot*, domos *M* 76 miseraeque ignoscere *M*, m. quę noscere *a*, m. quę ignoscere *A*, cinerique ign. matris *temptabam (coll. u. 84)*

81 mertioque *M*, *corr.* ς 83 *lacunam e. g. suppleui* flectentem ⟨a⟩ iustis *Heins.*, flectentem uisus *Postgate (candem coniecturam in exemplari Domitianae Bodleiano margini adscriptam inuenit Phillimore)* 84 Parce, precor, *scil.* '*Papini*' ire *M*, *corr. Dom.* 86 urget *nescioquis*

conatus scelerum atque animos infanda parantes.
exci*d*at illa dies aeuo nec postera credant
saecula! nos certe taceamus et obruta multa
nocte tegi propriae patiamur crimina gentis.
exegit poenas, hominum cui cura suorum,
quo Pietas auctore redit terrasque reuisit,
quem timet omne nefas. *s*atis haec lacrimandaque nobis
ultio. quin saeuas utinam exorare liceret
Eumenidas timidaeque auertere Cerberon umbrae
immemoremque tuis citius dare manibus amnem.'

Macte animo, iuuenis: *mise*rescunt *nu*mina matris!
nec tantum pietas, sed protinus ardua uirtus
affectata tibi. nuper cum forte sodalis
immeritae falso palleret crim*in*e famae,
e*x*igeretque forum succinctaque iudice multo
surgeret et castum uibraret Iulia fulmen,
tu, quamquam non ante forum leges*que* seueras
passus, sed tacita studiorum occultus in umbra,
defensare metus aduersaque tela subisti
pellere, inermis adhuc et tiro, pauentis amici.
haud umquam tales aspexit Romulus annos
Dardaniusque senex † medii bellare togata
strage † fori: stupuere patres temptamina tanta

88 Excitat illa die saeuo *M*, *corr. Auant.* 91 suorum *non sollicitandum (cf. II 6, 15)* 93 fatis *M*, *corr.* ς 96 citius *M*, genetrix *nescio quis* 97 miserescunt numina *scripsi*, sed crescunt crimina *M*, sic cr. cr. ς, decrescunt cr. *Barth* 99. 100 sodales—pallerent *M*, *corr.* ς *Dom.* (*inde* palleret *A'*) 100 crimae *M*, *corr.* ς 101 Erigeretque *M*, *correxi* 103 leges *M*, *corr.* ς 107 Haud umquam *M*, Aut nunquam *a*, haut unquam *A* 108—109 gladii... feri *temptabam* (*sc. cladem*

conatusque tuos, nec te reus ipse timebat
⟨*uerba tonante ultra, sed spes non uana redibat.*⟩
par uigor et membris, promptaeque ad fortia uires
sufficiunt animo atque ingentia iussa sequuntur.
ipse ego te nuper Tiberino in litore uidi,
qu*a* Tyrrhena uadis Laurentibus aestuat unda,
tendentem cursus uexantemque ilia nuda
calce ferocis equi, uultu dextraque minacem:
si qua fides dictis, stupui As(*s*)*ara*cumque putaui.
Gaetulo sic pulcher equo *Sarr*anaque quassans
tela nouercales ibat uenator in agros
Ascanius miseramque patri fla*m*(*m*)abat Elissam;
Troilus haud aliter gyro leuiore minantes
eludebat equos aut quem de turribus altis
Arcadas Ogygio uersantem in puluere m*al*as
spectabant Tyriae non toruo lumine matres.
Ergo age, nam magno ducis indulgentia pe*n*sat

---

forensem accusationis capitalis fautor accepit) 110 nec te *M*, pro te *Markl.*, de te *Baehrens*, nec tunc *Leo olim* (*postea lacunam ante* ipse *statuit*), tecte *Korsch* tenebat *a Dom.*, nec se reus i. tenebat *Phillimore*, conatuque tuo, Vetti, reus i. tumebat *nos olim* 110a *lacunam e. g. suppleui (ordo est.: 'nec ipse reus ultra timebat, te uerba tonante')* 111 est m. *Auant.* 113 ut litore *Markl.* 114 qui *Ma*, *corr. Dom.*, *inde A'* 115 Tendentem *MA*, pendentem (ς *a Rom.*) in *Parm.* 117 distis *M*, discis *a*, corr. ς *A* Assaracumque *scripsi*, armatumque *M*, Martemque *Markl.* 118 Troianaque *M*, *corr. Markl. (coll. Verg. A. IV 131)* 120 flammabat *Heins.*, flagrabat *M*, furiabat *d'Oruille*, patre inflagrabat *R. Vnger* 121 breuiore *Gronou.* 123 malas *scripsi (Theb. IX 703: cf. VII 655. VIII 486)*, metas *M*, turmas *Markl.*, cristas *nos olim* (*coll. Theb. IX 698*), Arcada in O. u. p. semet *Heins.* 125 pen-

⟨munere uirtutis iuuenili pectore robur⟩
certaque dat uotis *p*(*rae*)*stan*s uestigia frater,
surge animo et fortes castrorum concipe curas.
monstrabunt acies Mauors Ac*ta*eaque uirgo,
flectere Castor equ*os*, *arm*is quatere arma Quirinus,
qui tibi tam tenero permisit plaudere collo
nubige*n*as clipeos intactaque c*a*edi*b*us a*er*a.
Quasnam igitur terras, quem Caesaris ibis in orbem?
Arctoos*n*e amnes et Rheni fracta natabis
flumina an aestiferis Lib*y*ae sudabis in ar*u*is?
an iuga Pannoniae mutatoresque domorum
Sauromatas qua*er*es? an te septenus habebit
Hister et u*ndisono* circumflua coniuge P*e*uce?
an So*lym*um cinerem palmetaque capta subibis
non sibi felices siluas ponentis Idymes?
quod si te magn*o* tellus frenata parenti
accipi*e*t, quantum ferus exultabit Araxes!

---

sat *scripsi*, pulsat *M*, magni (ς) poscit *Markl.*, magnum — praestat *Baehrens* 125ᵃ *lacunam suppleui e. g.* 126 praestans *scripsi*, hilaris *M* ('*hilarus*' *ap. St. non legitur*), fati parilis *Heins.*
128 acceaque *M*, *corr.* ς 129 eques *M*, *corr.* ς armis *scripsi*, umeris *M*, equos gyris *Markl.*, *monuit tamen*, *agi 'de peritia armorum tractandorum'* 130 quis *MA*, *corr.* ς *a* iam *Polster*
131 Nubigeras *M*, *corr. Parm.* (*Pol. Opp. p. 74 ed. a. 1553*: '*respuo nubigenas illos commenticios clypeos*') cedimus *M*, *corr.* ς *Dom.* aera *Markl.*, arma *M* 133 Arctoosue *M*, *corr.* ς, Artoos ue *a*, Artoos ne *A′* 134 librae *M*, *corr.* ς armis *Ma*, *corr.* ς *A′* 136 quaeres *scripsi* (*Theb. I 702*), quaties *MA* (quotiens *a*) 137 undisono *scripsi*, umbroso *M*, undoso *Auant.* coniuge *MA**, gurgite ς *Dom.* pauce *M*, *corr.* ς 138 solidum *M*, *corr. Dom.* 140 magne *M*, *corr.* ς 141 Accipiet *A*, Accipiat *M*

quanta Caledonios attollet gloria campos,
cum tibi longaeuus referet trucis incola terrae:
'Hic suetus dare iura parens, hoc caespite turmas
adfari; V*e*(*n*)tae specula(*m*) castellaque longe
aspicis? ille dedit cinxitque haec moenia fossa;
belligeris haec dona deis, haec tela dicauit:
cernis adhuc titulos; hunc ipse u*o*cantibus armis
induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.'
Qualiter in Teucros uictricia bella par*a*nt*i*
ignotum Pyrrho Phoenix narrabat Achillem.
Felix, qui uiridi fidens, Optate, iuuenta
durabis quascumque uias uallumque subibis,
forsan et ipse latus (sic numina principis adsint)
cinctus et unanimi comes indefessus amici,
quo Pylades ex more pius, quo Dardana gessit
bella Menoetiades, quippe *haec* <*con*>cordia uobis,
hic amor est: duretque, precor! nos fortior aetas

---

142 calidonios *Ma*, caledonios *A*, *ceterum de Britannia, non de Caledonia, hoc agi loco, uix est quod moneam* (*Lucan. VI 68. Valer. Flacc. I 8. Sil. Ital. III 597 sq. Mart. spect. 7, 3*)
145 Ventae *Ellis*, uitae *Ma*, uides *Parm.* speculam *scripsi*, specula *M*, speculas ς *Dom.* uiden has *Heins.*, uigiles *Markl.*, uicis *Baehrens*, Vetti *Polster*, late *Waller*, uiden ut *Rothstein*, iuxta en *nos olim*, uictae *Korsch*, *loci nomen latere sub* longe *ratus*, uictor *Davies* rura e specula *Phillimore*, uicum e specula *Slater* *an* castellaque Icenae, *ut intellegatur Venta Icenorum?* 146 ille dedit *M*, insedit *Heins.* 148 uacantibus *M*, *corr. Heins.* 150 ultricia *Baehrens* parentis *M*, *corr. F. Morel* 152 optate *ante Barthium, qui nomen agnouit* 153 uices ς uallumque subibis *M*[1], u. subillis *M*, uallūque subibis *A**, sub illis ς 154 ense *Heins.* 157 et *M*, & *a*, *corr Dom. A* cordia *M*, *corr.* ς

iam fugit: hinc uotis animum precibusque iuuabo.
e*i* mihi *quo*d, *co*etus solitos si forte ciebo
et mea Romulei uenient ad carmina patres,
tu deris, Crispine, mihi, cuneosque per omnes
te meus absentem circumspectabit Achilles!
sed uenies melior: uatum non irrita currunt
omina; quique aquilas tibi nunc et castra recludit,
idem omnes p*roperar*e gradus cingique superbis
fascibus et patrias dabit insedisse curules.
S*ed* quis ab excelsis Troianae collibus Albae,
unde suae iuxta prospectat moenia Romae
proximus ille deus, Fama uelocior intrat
nuntius atque tuos implet, Crispine, penates?
dicebam certe: uatum non irrita currunt
auguria! en, ingens reserat tibi limen honorum
Caesar et Ausonii committit munia ferri.
uade, puer, tantisque enixus suffice donis,
felix, qui magno iam nunc sub praeside iuras
cuique sacer primum tradit Germanicus ensem!
non minus hoc, fortis quam si tibi panderet ipse
Bellipotens aquilas toruaque induceret ora
casside. uade alacer maioraque disce mereri.

---

159 uotisque manum *Heins.*, uotis tantum *Markl.* 160 Et *M*, Hei *Dom.* quod *Heins.*, sed *M* questus *M*, *corr. Gronou.*
162 deeris *M*, deris *Baehrens* 166 properare *scripsi*, perferre *M*, perque ire *Heins.*, superare *Baehrens*, proferre *Polster* cingitque *M*, cing&que *a*, cingique *Parm. A* 168 Si *M*, *corr.* ς *Dom.* 170 deis ς *Parm. Markl.* 175 Vnde *M*, *corr.* ς *A*
178 sortis, quam *Heins.*, hoc fortis, quam *Markl.*, hoc. forti quam *Baehrens* 180 Cassidad *M*, *corr.* ς *a*

III.

EPICEDION IN PATREM [SVVM].

Ipse malas uires et lamentabile carmen
Elysio de fonte mihi pulsumque sinistrae
da, genitor praedocte, lyrae. neque enim antra moueri
Delia nec solitam fas est impellere Cirrham
te sine. Cor*y*cia qui*c*quid modo Phoebus in umbra,
qui*c*quid ab Ismariis monstrarat collibus Euhan,
dedidici. fugere me*os* P*a*rnasia crines
uellera, funestamque hederis inrepere taxum
extimui tr*i*pod*u*mque (nefas) arescere laurum.
ce*do* ego, magnanimum qui facta attollere regum
ibam altum spirans ⟨*S*⟩m*yrna*mque aequare canendo!
quis sterili *necat orsa* situ? quis Apolline merso

III. EPICEDION IN PATREM SVVM *MA* (*Parm.*), suum *om. a*, *titulum* Epic. i. p. *nouerat Ausonius (p. 32 Schenkl)* 3 perdocte ς, praerepte *Schwartz*, plangende *malim* mouere ς 6 monstrabrat *M*, monstrarat *Phillimore*, monstrabat *a* (*tacente A*) *uulg.* 7 meus *M*, *corr.* ς pernasia *M*, *corr.* ς 9 tripodumque *scripsi*, trepidamque *MA*, trepidumque *a*, partamque *Markl.* 10 cedo *scripsi (Theb. VII 178. VIII 516. Silu. IV 3, 82. 119. Ach. I 396. 653 al.)*, certe *M*, ille *Markl.*, ecce *Baehrens* 11 Smyrnamque *scripsi (Ach. I 3—7)*, martemque *M*, *quod alienum esse apparet (nec enim de rerum numero et magnitudine agitur, ut II 2, 41 sq., Theb. IV 145 sq., VIII 510—515, XII 798 sq., Sil. Ital. IV 527 al.)* 12 necat orsa *scripsi*, mea carda *M*, uota *a*, corda ς *A*, quid sterilis mea chorda *Otto* merso *M*, uerso ς *Heins.*, maesto *Baehrens*, *locum Imhof explanauit ('Statius — ad duplex Apollinis munus alludit, quo fungitur et Musarum praeses et solis rector. Is cum sibi* mersus *sit, occiderit, iam, quae occasum solis sequi solent*, frigida *noctis* nubila *mentem obuelare ait')*

frigida damnatae pr*ae*dux*it* nubila men*ti*?
stant circum attonitae uatem et nil dulce sonante*s*
nec digitis nec uoce deae. dux ipsa silenti
fulta caput cithara, qualis post Orphea raptum
astitit, Hebre, tibi, cernens iam surda ferarum
agmina et immotos sublato carmine lucos.
at tu seu membris emissus in ardua tend*is*
fulgentisque plagas rerumque elementa recenses,
quis deus, unde ignes, quae ducat semi*t*a solem,
quae minuat Phoeben quaeque integrare latentem
causa queat, † notique modos † extendis Arati,
seu tu Lethaei secreto in gramine campi
concilia heroum iuxta manesque beatos,
Maeonium Ascraeumque senem, non segnior umbra
accolis alternumque sonas et carmina misces:
da uocem magn*o*, pater, ingenium*que* dolori.
nam me ter relegens caelo terque ora retexens
Luna uidet residem nullaque Heliconide tristes
solantem curas; tuus ut mihi uultibus ignis
inrubuit cineremque oculis umentibus hausi,
uilis honos studiis. uix haec i*n* munera soluo
primum animum tacitisque situm depellere curis

---

13 produxa *M*, *corr.* ς *a*   menis *M*, mentis *a*, menti ς *Pol.*, uenae *Ellis*   14 sonantē *M*, *corr.* ς *Dom.*   19 tendens *M*, *corr.* *Markl.*   21 semina *M*, *corr.* ς *Pol.*   23 notique *MA*, doctique *a*, nostrique *Polster*, Noctique domos extendis *conieci* expendis *Barth*, excedis *Phillimore*   28 (magno *M*?) magna M^1, *corr.* *Auant.*, magnam ς   que *om.* *M.*, *add.* ς   29 iam me *Heins.*   caelum *Heins.*, *possis* cursu(m)   32 cinere(m)que *MA*, crinemque *a*   hausit *M*, *corr.* ς   *interpunxit* *Krohn*   33 tollo *Schrader*   34 chordis *idem* (*inde* tacitisue — ch.

nunc etiam *l*abente manu ne*c* lumine sicco
ordior adclinis tumulo, quo molle quiescis
iugera nostra tenens, ubi post Aeneia fata
stellatus Latiis ingessit montibus Albam
Ascanius, Phrygio dum pingues sanguine campos
odit et infaustae regnum dotale nouercae.
hic ego te (nam Sicanii non mitius halat
aura croci, dit*e*s nec si tibi rara Sabaei
cinnama, odoratas *uel* Arabs decerpsit aristas)
inferni cum laude *Ioui*<*s*>, sed carmine plango
Pierio: sume*s* gemitus et uulnera nati
et lacrimas, rari qua*s* umquam habuere parentes.
atque utinam fortuna mihi dare manibus aras,
par templis opus, aëriamque educere molem,
Cyclopum scopulos ultra atque audacia saxa
pyramidum, et magno tumulum praetexere luco:
illic et Siculi superassem dona sepulcri
et Nemees luc*t*um et Pelopis sollemnia trunci.
illic Oebalio non finderet aëra disco

Polster) 35 habente *M, corr.* ς nunc lumine *M, corr. Gronou.* 40 infestae ς 41 halet *Heins.* 42 ditis *M, corr. Dom.* sic *Auant.* 43 uel *Barth*, nec *M* decerpsit *M*, decerpat ς *Heins.*, decerpit *Baehrens* 44 Iouis *scripsi*, laci *Ma*, loci ς, inserui c. l. loci *Dom.* (41—44 his... inserui c. l. locis *Bernaerts*), inserui c. l. rogis et *Heins.*, inferiis c. l. datis et *Krohn*, inferiis cumulande sacris, te *Phillimore* (te *Markl.*), lacus et *Baehrens* 45 sumes *scripsi*, sume *M*, sumas *Aldina*, *inseruerunt* et ς, hos *Heins.*, o *Baehrens*, en *Klotz* ut uulnera *Heins.*, munera *Markl.* 46 cari *Gevaerts* quam *MA*, *corr.* ς *a* nunquam ς 51 superarem *Baehrens* 52 luctum *scripsi*, lucum *M*, ludum *Markl.*, stadium *Korsch*

Graiorum uis *nu*da uirum, non arua rigaret
sudor equum aut *meta* sonitum daret ungula *fe*ssa;
sed Phoebi *fruges* chorus et frondentia uatum
praemia laudato, genitor, tibi rite li*t*are*nt*.
ipse madens oculis, umbrarum animaeque sacerdos,
praecinerem gemitum, cui te nec Cerberus omni
ore nec *Har*py*i*ae quirent auertere ⟨*pla*⟩*usu*.
atque ibi ⟨*me*⟩ moresque tuos et facta canentem
fors et magniloquo non posthabuisset Homero,
tenderet et *Lati*o pietas aequare Maroni.
Cur magis incessat superos et aëna Sororum
stamina, quae tepido genetrix super aggere nati
orba sedet uel quae primaeui coniugis ignem
aspicit obstantesque manus turbamque tenentem
uincit, in ardentem, liceat, *uen*tura maritum?
ma*tre* *ma*g*i*s forsan superos et Tartara pulsem

---

54 unda *M, corr.* ς, uncta *Polster* 55 meta... fessa *scripsi*, putri... fossa *M*, putri... campo *Markl.*, putri... gleba *Burmann*, putri... harena *Baehrens*, putri... busto *Polster*, putri... saxo *Korsch*, duro... cornu *nos olim* (*coll. Verg. G. III 88*) 56 fruges *scripsi* (*Ou. fast. II 533—538. Stat. Theb. IV 462. VIII 301*), simplex *M* 57 ligarem *M*, dicarem *Dom.*, ligarent *Heins.*, litarent *Ellis*, *quo recepto pluralem* (*Ouid. fast. IV 451 sq.*) *ita interpretor, ut sit per syllepsin positus (Theb. VI 651: 'turba ruunt' sim.)* 58 oculos *uel* lacrimis *Markl.* araeque *idem dubitanter* 59 praeciperem reditum *idem* 60 Harpyiae... ⟨pla⟩usu *scripsi* (*cf. Verg. A. III 226* [*Valer. Flacc. IV 453*]. *VI 289. Sil. Ital. XIII 600*), Orpheae... leges *M* 61 atque ibi ⟨me⟩ *Heins.*, Atque tibi *M*, meque tibi *Markl.* fata ς 63 Latio *scripsi*, toruo *M*, docto *Markl.*, nostro *Polster*, torno... Maronis *Postgate* 64 aena *M*, hahena *A'* 68 liceat moritura *Ma*, lic. ruitura *Parm.* (*Heins.*), ruit et m. *Pol.*, lic. modo, itura *Schrader et Scriuerius*, lic. uentura *scripsi*, *coll. Theb. XII 446* 69 matre magis *scripsi*,

inuidia? externis etiam miserabile uisu
funus *erat*; sed nec m*e(n)*d*ax* natura dolenti,
nec Pietas iniusta *r*edit. mihi limine primo
fatorum et uiridi, genitor, ceu raptus ab aeuo
Tartara dura subis. nec enim Marathonia uirgo
parcius extinctum saeuorum crimine agrestum
fleuerit Icarium, Phrygia quam turre cadentem
Ast*y*anacta parens. laqueo quin illa supremo
inclusit gemitus: at te post funera magni
Hectoris Haemonio pudor est seruisse marito.
Non ego, quas fati certus sibi morte canora
inferias praemittit olor nec rupe quod atra
Tyrrhenae uolucres nautis praedulce minantur,
in patrios adhibebo rogos; non murmure trunco
quod gemit et durae queritur Philomela sorori:
n*o*ta nimis uati. quis non in funer*a* *c*an*tu*

Maior aliis *M*, Maior alis *a*, aliis *A*, maior forte aliis sup. ς, maior certe aliis sup. *Dom.*, maior certe illis sup. *Markl.*, maior ab his... pulset (*hoc* ς) inuidia: externisque *Schwartz*, maior fors aliis... pulset *O. Mueller*, maior at his *Baehrens*, maior auis *Buecheler*, maior, ais forsan, sup. *Vollmer*, maior et his *Krohn*, maior an his *Karsten*, maiore his *Korsch*, luxurians *nos olim* (*coll. 5, 56, Sen. dial. VI 1, 7: 'fit infelicis animi praua uoluptas dolor', epist. 99, 21: 'inprudentium... dolores exundauere'*) 71 erat ς, eat *M* mendax *scripsi*, modo se *M*, mihi se *Dom.* 72 in iusta *Boxhorn* (haec P. in i. *Krohn*, sed. P. in i. *Phillimore*) redit *scripsi* (*III 3, 1—6, V 2, 92, coll. I 4, 2 sq.*), dedit *M* 73 annorum *Markl.* 77 Astranacta *M, corr.* ς supremos *Meurs* 80 uoce *Auant.* 84 dur(a)e *MA*, dirae *Gronou.* 85 Nata *MA*, *corr.* ς *Dom.*, trita *Baehrens* funera *Markl.*, funere *M* cantu *scripsi*, cuncto *M*, cunctos ς, fratris q. n. i. funere iunctos *Heins.*

Heliadum ramos lacrimosaque germina d*u*xit
et Phrygium silicem atque aus*a*m contraria Phoebo
carmina nec f*oe*da gauisam Pallade bux*u*(*m*)?
te Pietas oblita uirûm reuocataque caelo
Iustitia et gemina plangat Facundia lingua
et Pallas doctique cohors Heliconia Phoebi,
quis labor Aonios seno pede *curr*ere campos
et quibus Arcadia carmen testudine mensis
Pi(*n*)da*ricum* <*os*> nomenque fuit; quosque orbe sub omni
ardua septena numerat Sapientia fama,
qui furias regumque domos auersaque caelo
sidera terrifico super intonuere cothurno,
et quis lasciua uires tenu*a*re Thalia
dulce uel *h*eroos gressu*s* truncare <*sororis.*>
omnia namque animo complexus *es*, omnibus *acer*
qua fandi uis lata patet, siue orsa libebat

---

86 duxit *Markl.*, dixit *M* 87 ausum *M*, *corr. Postgate* 88 foeda *Heins.*, fida *M* (fido *a*) *Parm. Dom. A*, fissa *Auant.*, Lyda *Imhof*, uicta *Baehrens*, <bi>fida *Ellis* Pallada buxo *M*, *corr. Postgate* 89 abitura iterum *Heins.* 91 et Phoebus *Markl.* 92 labor *MA*, amor *R. Vnger* ducere *M*, *corr. Heins.*, duc. cantus *Barth* 94 Pindaricum <os> *scripsi*, Cydalibem *M*, cura *(Pol.)* lyrae *Gronou.* (cura lyre *Markl.*), Pisa labor *Withof*, chria liber *Ellis*, Cea fides *Phillimore* nomen genuit (peperit) *malim* 96 quis *M*, qui *M*[1] dolos *Meurs* 98 qui *M*, *corr. Dom.* (*Pol.*) tenuere *M*, *corr. Dom.* (*Pol.*) 99 oroos *M*, *corr.* ς gressus *scripsi*, gressu *M* truncare leones *M*, tr. <sororis> *Theodori Korsch suspicione usus reposui: intellegendi sunt Clius, Thaliae sororis, gressus ('leones' illud ex interpretamento 'cleonis' ortum esse apparet)*, tenores *Dom.*, lepores *Ribbeck*, labores *Rothstein* 100 es *scripsi*, et *M* acer *scripsi*, utor *M*, autor *Dom.* 101 uia lata *Markl.*

Aoniis uincire modis seu uoce soluta
spargere et effreno nimbos aequare profatu.
Exere sem*i*rutos subito de puluere uultus,
Parthenope, crinemque adflato monte sepultum
pone super tumulos et magni funus alumni,
quo non Mon*y*c*h*iae quicquam pr*a*estanti*u*s arces
doctaque Cyrene Sparteue animosa creauit.
si tu, stirp*is* *egen*s famaeque, obscura iaceres
nil gentile tenens, illo te ciue probabas
Graiam atque Euboico maiorum sanguine duci;
ille tuis totiens pr*a*estat *sua* tempora ser*t*is,
cum stata laudato canere *it* quinquennia uersu,
ora supergressus P*y*lii *prius* oraque regis
Dulichii, *fro*(*n*)*d*emque coma*e* subne*ct*is utr*a*(*m*)que.

---

102 ceu *M, corr.* ς *(Pol.)* 104 semrutos *M*, semiustos *Markl.* Vesuuino e pulu. *Heins.* 105 crinemque *MA**, cineremque ς *a* adflato monte sep. *M (cf. u 207 sq.)*, afflatu montis adustum *Heins.*, afflata sorde sep. *R. Vnger*, elate m. s. *Baehrens*, efflato m. s. *Leo*

107 moniciae *M. corr. Heins.*, munichię *Pol.*, Munychiae *uulg.* quitquam prestantias artes *M, corr.* ς *Dom.* 108 doctaue *Markl.*

109 stirpis egens *scripsi*, stirpe uetas *M*, uetus famaque ς, si stirpisue situ famaeue *Heins.*, si tu stirpe recens *Markl.*, uacans *Baehrens* 110 tumens *Markl.* 112 praestat sua *scripsi*, prestat sed *M*, praecinxit *uel* praestrinxit *Dom.*, pressit sua *Markl.*, praestabat *Elter*, praestant se *Vollmer (scil. uerba* tuis — sertis *parenthesin esse uult*, subnexus *autem u. 115 pro 'subnexus est' accipit)*, illa — praestant se *Postgate* seris *M*, *corr. Dom.*

113 canere it *scripsi (V 3, 10 sq., Theb. IV 626 sq., al)*, caneret *M* 114 pilii gregis *M*, Pylii senis ς *Dom.*, regis Pylii *Postgate*, P. prius *scripsi* 115 frondemque comae subnectis utramque *scripsi (Theb. V 408. VII 654)*, speciemque comam subnexus utroque *M*, specie—utraque *Dom.*, pretioque comam subnectis utroque *nos olim (ceterum 'totiens praestat tempora frondemque sub-*

Non tibi deformes obscuri sanguinis ortus
nec sine luce genus: quamquam fortuna parentum
artior e*t* cens*us* ten*uis*, te diuite ritu
*nos*cere purpureos Infantia † legit amictus
stirpis honore datos et nobile pectoris aurum.
protinus exorto dextrum risere sorores
Aonides, puer*o*que chelyn summisit et ora
imbuit amne sacro iam tum mihi blandus Apollo.
nec simplex patriae decus, et natalis origo
pendet *ab* ambiguo geminae certamine terrae:
te de gente suum Latiis ascita colonis
Graia refert *Hy*ele, *pro*auis qua puppe magister
excidit et mediis miser euigilauit in undis,
ma*te*r at inde suum longo probat ordine uitae.

---

nectis' idem ualet quod 'quotiens tempora cingenda praebet, totiens subnectis') 118 et census tenuis *scripsi*, extensis etenim *M*, artior expensis *Auant.* diuite cultu *Heins.* 119 noscere *scripsi*, Ponere *M*, sumere *Markl.*, promere *R. Vnger* infantia *M*, Infantia *Vollmer* (*seruat tamen illud* ponere: *at pubertatis iucundae ritus potius a Iuuenta ordinatos dixisset poeta*) legit *M*, adegit *Dom.*, uidit *Baehrens*, cogit *temptabam* 122 puerique *M*, *corr.* ς summersit *Krohn* 123 mihi *M*, tibi ς 125 et *M*, ab *Barth* (in ς *a*) 126 sua *Heins.* 127 Hyele *Heins.*, sele *MA*, Velie ς proauis (*scil. 'nostris' siue 'Romanorum'*) *scripsi* (*ceterum ciuitate Veliensibus data, Aeneae comites Veliensium quoque facti sunt quasi maiores*), grauis *M*, Graius ς *a*, Phrygius *Auant.*, Trous *Gronou.*, nauis *Buecheler*, grauidus *Ellis* pronus *Waller*, gnarus *Vollmer olim*, grauis <heu> *Krohn*, Teucris *nos olim*, clauus qua et *Postgate* 129 mater *Parm.* (*intellegenda Neapolis, cum poeta ad uu. 104—118 respiciat: opponitur illa Veliae, quae Statium* de gente suum *'referebat', i. paternae originis nomine sibi uindicabat*), Maior *M* at *MA (cf. Theb. IV 116)*, & *a* (et *Parm.*) mater et inde suum longe p. o. auito Maeoniden *Heins.*

Maeoniden A*s*iae qual*es* natalibus urbes
diripiunt cunctaeque probant: non omnibus ille
uerus, alit uictos immanis gloria falsi.

Atque *i*bi dum profers annos uitamque salutas,
protinus ad patrii raperis certamina lustri
uix implenda uiris, laudum festin*us* e*t* *au*d*a*x
ingenii. stupuit primaeua ad carmina plebes
Eubo*is* et natis te monstrauere parentes.
inde frequens pugnae nulloque ingloria sacro
uox tua: non totiens uictorem Castora gyro
nec fratrem caestu uirides *h*auser*e* Therapnae.
sin pronum uicisse domi: quid Achaea mereri
praemia nunc ramis Phoebi nunc gramine Lernae
nunc Athamantea protectum tempora pinu,
cum totiens lassata tamen nusquam auia frondes
abstulit aut alium tetigit Victoria crinem?

Hinc tibi uota patrum credi generosaque pubes
te monitore regi, mores et facta priorum
discere, quis casus Troiae, quam tardus Vlixes,
quantus equ*o*s pugnasque uirum decurrere uersu
Maeonides quantumque pios ditarit agrestes
Ascraeus Siculusque senex, qua lege recurrat

---

dubitanter, Parthenopeque suum *Bentl. et Markl.*, Maeonidenque suum *Ellis*, uirgo canora suum *nos olim* *inter* 129 *et* 130 *excidisse uersum statuit Barth.* 130 Asiae quales *R. Vnger*, aliaeque aliis *M* 132 Versus *M*, *corr. Andr. Schott.* uictas *Bentl.* immanis *MA*, et inanis ς *a* 133 ubi *M*, *corr.* ς *Pol.* 135 festina sed ut dux *M*, *corr. Lipsius* 137 Eubois *Heins.* (*cf. I 2, 263*), Euboea *M* 138 palmae *Markl.* 140 hausere *(scil. oculis) scripsi*, clausero *M*, plausere *Dom.* 141 sit *Dom.* 142 gramine *MA*, germine ς 143 athama(n)tea *MA*, acherontea *a* 144 quin *Heins.* 147 moresque *Markl.* 149 equus *M*, *corr.* ς

Pindaricae uox flexa lyrae uolucrumque precator
*Iby*cus et tetricis Alcman cantatus Amyclis
Stesichorusque ferox saltusque ingressa uiriles
non formidata temeraria *Dor*ide Sappho,
quosque alios dignata chelys. tu pandere doctus
carmina Battiadae latebrasque Lycophronis a*t*ri
Sophronaque implicitum tenuisque arcana Corinnae.
sed quid parua loquor? tu par adsuetus Homero
ferre iugum senosque pedes aequare solutis
*sen*sibus et numquam passu breuiore relinqui.
Quid mirum, patria si te petiere relicta,
quos Lucanus ager, rigidi quos iugera Dauni,
quos Veneri plorata domus neglectaque tellus
Alcidae uel quos e uertice Surrentino
inclita Tyrrheni speculatrix uirgo profundi,
quos propiore sinu lituo remoque notatus
collis et Ausoni*i* pridem laris hospita Cyme
quosque Dicarchei portus Baianaque mittunt
litora, qua mediis alte *p(rae)clu*sus anhelat
ignis aquis et operta domos incendia seruant?

---

153 $\overset{e}{c}$ Ibycus *Pol.*, Obsicus *M* (Obsitus *a*) 154 actusque egressa *Markl.*, fastusque ingr. *Polster, at recte se habere lectionem traditam docet locus Theb. XII 20*: (*columbarum*) '*turba... ingressa uolatus*' 155 doride *scripsi*, calchide *M*, chalcide ς, 'q(ui)dn(i) leucade' *Pol.* 156 docti *Markl.* 157 ari *M*, *corr.* ς, arti *Baehrens*

161 sensibus *scripsi (cf. II 1, 119)*, uersibus *M*, uocibus *uel* gressibus *Markl.* 166 inclita *scripsi (Theb. IX 506 'Mars inclite', 511: 'sator inclite diuum')*, mittit *M* 168 ausoni *M*, *corr.* ς 170 praeclusus *scripsi*, permissus *M*, permixtus ς 171 domus *Cruceus*, animos *Markl.*, modos *Schrader*, uersant *Heins.*, dolos — uersant *Baehrens*, *at ualet* 'domos' *idem, quod 'familias', 'progeniem' (Theb. I 224, al.)*

sic ad Auernales scopulos et opaca Sibyllae
antra rogaturae ueniebant undique gentes;
illa minas d*i*uum Parcarumque acta canebat
quamuis decepto uates non irrita Phoebo.
　Mox et Romuleam stirpem proceresque futuros
instruis inque patrum uestigia ducere perstas.
sub te Dardanius facis explorator op*e*rtae,
qui Diomedei celat penetralia furti,
creuit et inde sacrum didicit puer; arma probat*o*r
monstrasti Saliis praesagumque aethera *uates*
auguribus; cui C*h*alcidicum fas uoluere carmen,
cur ⟨*epulae, pandis, celebrentur in aede Tonantis,*
cur⟩ Phrygii *flu*itet coma flaminis, et tua multum
uerbera succincti formidauere Luperci.
　Et nunc ex illo forsan grege gentibus alter
iura dat Eois, alter compescit Hiberas,
alter Achaemenium secludit Zeu*g*mate Persen,
hi dites Asiae populos, hi *Nor*ica frenant,

---

174 duum *M, corr.* ς　canebant *M, corr.* ς *Pol.*　175 despecto *Baehrens*　178 oportae *M, corr.* ς *Dom. Pol.*　180 probatur *MA*, corr. Ellis,* probare ς *a,* rotare *Heins.,* probatis *Baehrens,* probata *W. Meyer,* probatus *Vollmer*　181 Monstrastis *MA** aliis *M,*　monstrasti *Lipsius* Saliis ς　uates *scripsi,* certis *M,* certi *Vollmer*　182 calchidicum *M, corr.* ς　uolucre *M, corr.* ς
　182ᵃ *collegia quattuor maiora cum sine ullius praetermissione commemorata fuisse ueri simile sit praecesseritque pontificum augurum XV uirum s. f. mentio, uersiculum talem fere excidisse puto, qualem e. g. inserui*　183 Cur frigii lateat *M,* c. Phr. lanea est [*sic*] *Dom.,* lanea cui Phrygii *Auant.,* cui Phr. pateat *Postgate,* cur Phr. fluitet *scripsi, coll. Anth. Pal. VI 219, 2 sq. 18. 234, 1. 6. 237, 1. 8*　184 cinctuti *Heins., coll. Ouid. fast. V 101*
186 Hiberos ς　187 zeumate *M*　188 asiae *M*¹, aliae *M*　No-

hi fora pacificis emendant fascibus, illi
castra pia statione tenent: tu laudis origo.
non tibi certassent iuuenilia fingere corda
*Men*tor et indomiti Phoenix moderator alumni
quique tubas acres lituosque audire uolentem
Aeaciden alio frangebat carmine Chiron.
Talia dum celebras, subitam ciuilis Erinys
Tarpeio de monte facem Phlegraeaque mouit
proelia. sacrilegis lucent Capitolia *ta*edis,
et Senonum furias Latiae sumpsere cohortes.
uix requies flammae necdum rogus ille d*e*orum
siderat, excisis cum tu solacia templis
impiger et multum facibus uelocior ipsis
concinis ore pio captiuaque fulmina defles.
mirantur Latii proceres ultorque deorum
Caesar, et e medio diuum pater annuit igni.
Iamque et flere pio Vesuuina incendia cantu
mens erat et gemitum patriis impendere damnis,
cum Pater exemptum terris ad sidera monte*m*
sustulit et late miseras deiecit in urbes.
Me quoque uocales lucos B*oe*otaque tempe
pulsantem, cum stirpe tua descendere dixi,
admiserae deae; nec enim mihi sidera tantum

---

rica (*scil.* '*regna*') *scripsi*, Pontica *MA* 192 Mentor *scripsi*, Nestor *M* 195 Enyo? 197 Proeligia *M*, *corr.* ς rhedis *M*, *corr.* ς 199 duorum *M*, *corr.* ς *Dom.* 200 exustis *Schrader* 202 concipis *Markl* 207 monte *M*, *corr.* ς *Pol.* 209 Boeotaque *Baehrens*, biotaque (*ceu* luocaque) *M*, luota(que) *A** (luctataque *a*), lustrataque *Dom.*, lustrandaque *Heins.*, Ascraeaque *Markl.*, semotaque *R. Vnger*, Inoaque *Polster*, ignotaque *Ellis* 211 tanti *Heins. et Markl.*

aequoraque et terras *(lucem hoc* debere parenti),
sed decus hoc quodcumque lyrae primusque dedisti
non uulgare loqui et famam sperare sepulcro.
qualis eras, Latios quotiens ego carmine patres
mulcerem felixque tui spectator adesses
muneris! heu quali confusus gaudia fletu
uota piosque metus inter laetumque pudorem;
quam *t*uus ille dies, quam non mihi gloria maior!
talis Olympiaca iuuenem cum spectat harena
qui genuit, plus ipse ferit, plus corde sub alto
caeditur; attendunt cunei, spectatur *ephebis*
ille magis, crebro dum lumina pulueris haust*u*
obruit et prensa uouet expirare corona.
ei mihi quod tantum patrias ego uertice frondes
solaque C*h*alc*i*dicae Cer*e*alia dona coronae
te sub teste tuli. qualem te Dardanus Albae
*e*xcepisset ager, si per me serta tulisses
Caesarea donata manu: quod subdere robur
illa dies, quantum potuit dempsisse senectae!

---

212 terrae *Heins.* lucem hoc *scripsi,* quam uos *M,* quae mos *Krohn,* quantum haec *Karsten* 213 Sed *Ma,* et *Parm.,* sit *Pol.* 218 Nota *M, corr.* ς (*m?*) 219 τuus *A**, iuus *M* (unis *testante Souter*), Quāuis ille dies *a,* Qualis et ille d. *Parm. Dom.,* · $\overset{e}{c}$ · tuisque *A′* [Quanta tuisque d. *uoluisse diceres*] quo non *Parm.,* qua non *Dom.* 222 accendunt *Heins.* ephebis *scripsi (coll. Theb. I 423. IV 232),* achates *M,* athletes *Saumaise,* Achacis *Imhof* 223 hausti *M, corr. Dom.* *uersus* 225— 233 ('ei mihi—caperes') *post 86*um *demum annum Christianum additos esse a poeta monuit Fr. Leo ('Quaestt. Plaut.' p. 41)* 226 calchidicae cerialia *M, corr.* ς *fuit qui* Ca(m)enae *coniceret* 228 excepisset *Korsch,* Vix cepisset *M,* conspexisset *Schrader, equidem* accepisset *temptaueram, coll. 2, 141*

nam quod me mixta quercus non pressit oliua
et fugit speratus honor, qua(*m*) dulce parentis
*aeg*ida Tarpei ca*n*eres! te nostra magistro
Thebais urguebat priscorum exordia uatum;
tu cantus stimulare meos, tu pandere facta
heroum bellique modos positusque locorum
monstrabas. labat incerto mihi limite cursus
te sine et orbatae caligant uela carinae.

Nec solum larga memet pietate fouebas:
talis et in thalamos. una tibi cognita taeda
conubia, unus amor. certe *se*iungere matrem
iam gelidis nequeo bustis; *te* sentit habetque,
te uidet et tumulos ortuque obituque salutat,
ut Pharios aliae ficta pietate dolores
Mygdoniosque colunt et non sua funera plorant.

Quid referam expositos seruato pondere mores?
quae pietas, quam uile lucrum, quae cura pudoris,
quantus amor recti! rursusque, ubi dulce remitti,
gratia quae dictis! animo quam nulla senectus!

---

232 qua dusce *M*, qua dulce *M*¹, quam dulce *R. Vnger*, quum dulce *Auant.* 233 aegida—caneres (*i. 'quam dulci carmine Caesarem placaturus esses'*) *scripsi*, Inuida—caperes *M* 231—235 Nam quod me... fugit speratus honor, cum luce p. Irrita T. caneret te n. m. Th. (urebant p. ex. u.): Tu cantus eqs. *Heins.*, Nam quid... cum luce p. Irrita T. canerem? *Gronou.*, Heu quod... cum lustra p. Inuida T. canerem *Markl.*, qua luce p. Inuida T. rupes *Oudendorp*, Iam quod... quam dulce, paratus Cum uice T. streperet te n. m. Thebais! Vrgebant *R. Vnger*, quam dulce parentis Intima T. caperes! *Baehrens*, quam dulce p. Inuia T. caperes *Ellis*, ita dulce parenti Mundi Tarpeioque patri *Rothstein*, quonam usque parentis Fulmina T. caderent? *Korsch* 237 limite cursus *M*, lumine rursus *a*, '.D. cursus' *Pol.*, limice *A* uersus *A'* 241 si iungere *MA**, *corr. Dom.* 242 et *M*, *corr. Dom.*

His tibi pro meritis famam laudesque benignas
cura deum nulloque *ualere* e uulnere tristem
concessit. raperis, genitor, non indigus aeui,
non nimius, *t*rinisque decem quinquennia lustris
iuncta ferens. sed me pietas numerare dolorque
non sinit, o Pylias aeui transcendere metas
et Teucros aequare senes, o digne uidere
me similem! sed nec leti tibi ianua tristis:
quippe leues causae, nec segnis labe senili
exitus instanti praemisit membra sepulcro:
sed te torpor iners et mors imitata quietem
explicuit falsoque tulit sub Tartara somno.

Quos ego tunc gemitus (comitum manus anxia uidit,
uidit et exemplum genetrix gauisa que*rellis*),
quae lamenta tuli! ueniam concedite, Manes,
fas dixisse, pater: non tu mihi plura dedisses.

Dardaniden uiuos molitum in Tartara gressus
detulit infernae uates longaeua Dianae.
felix ille! patrem uacuis circumdedit ulnis
uellet et Elysia quamuis in sede locatum

---

251 Iudex cura deum nulloque e uulnere tristem *M*, Iudex *etiam A* (Index *a Parm. Dom.*), uindex *Aldina*, cura deum nulloque ualere *scripsi* tristes *Markl.* 253 crinisque *M*, *corr.* ς *Pol.* 258 *caue* breues causae *conicias (cf. Liu XXII 8, 3)* segnes *M*, *corr.* ς *Pol.* tabe *Gronou.* 263 gauisa querellis *scripsi (1, 22 sq., Theb. XII 45. 793 al.)*, gauisaque uouit *M (ut uid.) et A**, nouit *a*, fouit *Heins.* *post u. 265 'uidentur uersus unus atque alter excidisse' Heins. (Aduersar. p. 593), equidem uu.* 269—270 *huc reducendos esse censui* 269 Dardaniden *scripsi*, Temptantem et *M*, quem tandem *Davies* 270 detulit, *nempe (descendentem) deduxit* 266 si Phryx ille *Baehrens, at cf. III 3, 188*

abripere et *densas* iterum portare per umbras.
si chelyn Odrysiam pigro transmisit Auerno 271
causa minor, si Thessalicis Admetus in oris
<*consenuit, nigras tardante uxore Sorores,*> 272a
si luc*tus uidu(a)e* Phylaceida rettulit umbram,
cur nihil exoret, genitor, chelys aut tua Manes
aut mea? fas mihi si*t* patrios contingere uultus,
fas iunxisse manus, et lex quaecumque sequatur! 276
At uos umbrarum reges *Henna*eaque Iuno,
si laudanda precor, *t*aedas auferte comasque
Eumenidum; nullo sonet asper iani*t*or ore,
centaur*o*s *H*ydraeque greges Sc*y*llae*a*que monstra 280
auersae celent ualles, umbramque senilem
inuitet ripis, discussa plebe, supremus
uector et in media componat molliter alga.
ite, pii manes Graiumque examina uatum, 284

---

268 densas *scripsi (Verg. Aen. II 725. 752—754)*, Danaas *MA*, Danaos — per enses *temptaueram, coll. Aen. VI 110 sq.* *post* 268 <quem proli uentura suae praenoscere fata> Temptantem *Housman, coll. IV 3, 131 sqq.* 271 Sic *M, corr. Dom. (cf. Verg. Aen. VI 119—123)* 272 sic *M, corr. Dom.* Thessalicas Admeton in oras *Heins., idem postea lacunam ante u. 273 statuit* 272a *suppleui e. g.*, <coniuge ab infernis potuit gaudere reducta> *Housman*

273 si luctus uiduae *scripsi*, Silua una retro *M*, si lux u. r. *Heins.*, si coniunx r. *Markl.*, si Stygia unda r. *Iacobs*, si uidua a barathro *Korsch* [si Iuno ima r., si uiduata Erebo *temptaueram*] 275 sic *M, corr.* ς 277 Hennaeaque *Heins. Bentl. Markl.*, aeeneaque *M*, aetneaque *A* (aethneaque *a*), aeternaque *uel* Aetnaeaque ς, Enneaque *Gronou. (Lucan. VI 740)*, infernaque *Koch*, Lethaeaque *Waller* 278 caedas *M, corr.* ς 279 ianrior *M, corr.* ς 280 Centaurus *M*, Centauros *A* hydraeque *M, corr.* ς

scillaeque *M, corr.* ς 281 Tartareae *nescioquis* 282 supremis ς 283 componat *MA*, deponat *Baehrens* ulua *Markl.*

inlustremque animam Lethaeis spargite sertis
et monstrate nemus, quo nulla inrupit Erinys,
in quo falsa dies caeloque simillimus aer.
inde tamen uenias, melior qua porta malignum
cornea uincit ebur, somnique in imagine monstra,
quae solitus. sic sacra Numae ritusque colendos
mitis Aricino dictabat nympha sub antro,
Scipio sic plenos Latio Ioue ducere somnos
creditur Ausoniis, nec non s*ub* Apolline Sylla.

IV.

SOMNVS.

Crimine quo merui, iuuenis placidissime diuum,
quoue errore miser, donis ut solus egerem,
Somne, tuis? tacet omne pecus uolucresque feraeque
et simulant fessos curuata cacumina somnos,
nec trucib*us* fluuiis idem sonus; occidit horror
aequoris, et terris maria adclinata quiescunt.
septima iam rediens Phoebe mihi respicit aegras
stare genas; totidem Oetaeae Paphiaeque reu*ersae*
lampades et totiens nostros Tithonia questus
praeteri*i*t. gelido sparg*e a*! miserata flagello:

---

286 irrumpit ς 288 parte *M*, *corr. Dom.* 289 monstrat *M*, *corr. Dom.* 290—293 *cf. Iul. Parid.* [*Valer. Max. epitomat.*] *I 2, 1—3* 293 creditus *Heins.* nec *M*, et ς *Dom.*, sic *Sudhaus* sub *scripsi* (*Verg. A. IX 247. Ouid. art. III 119 al.*), sine *M*

IV. SOMNVS *M*, Ad Somnum *a*, Somnus *A* 5 trucibiss *M* 8 reuersae *scripsi*, reuisent *M*, recusent *a*, reuisunt *Dom.*, recursant *Markl.* (*coll. Verg. A. I 662*), renident *Baehrens*, relucent *Krohn*, uicissim *nos olim* 10 praeteriit *scripsi*, praeterit et *M*

unde ego sufficiam? non si mihi lumina mille,
quae *ta*(*m*)*en* alterna tantum statione tenebat
Argus, *ut* haud umquam uigila*re*t corpore toto.
at nunc *for*s aliquis longa sub nocte puellae
brachia nexa tenens ultro te, Somne, repellit:
inde ueni! nec te totas infundere pennas
luminibus compello meis (hoc turba pre*ce*tur
laetior): extremo me tange cacumine uirgae
(sufficit) aut *limen* suspenso poplite transi.

V.

EPICEDION IN PVERVM [SVVM.]

Me miserum! neque enim uerbis sol*l*emnibus ulla
incipi<*o i*>a*m* Castaliae uocalibus undis
inuisus Phoeboque grauis. quae uestra, sorores,
orgia, Pieriae, quas incestauimus aras?
dicite: post poenam liceat commissa fateri.

---

sparge a! *scripsi*, spargit *M*, tangit *Markl.*, parcit *Schrader* 11 sunt mihi *Baehrens* 12 tamen *scripsi*, sacer *M*, uafer *Heins.* alterna tamen in statione *Barth*, alt. caute in st. *Heins.*, alt. tantum in st. *Markl. (coll. Ouid. met. I 627. IX 34. fast. II 674. V 60. am. I 7, 68. art. III 434)* 13 ut—uigilaret *scripsi*, et—uigilabat *M* 14 fors aliquis *Markl. (coll. I 3, 62. III 1, 162. 4, 4. Verg. A. XI 49 sq.)*, heus aliquis *M*, heu si aliquis *Barth*, heu siquis *Phillimore* 17 precatur *M*, *corr. Heins.* 19 limen *scripsi (Theb. X 141—158)*, leuiter *MA*, leuior *a Parm. Dom.*, at leuiter s. p. transit *Brandes.*

V. EPYCIDION · IN · PVERVM · SVVM *M*, Ad Musas *a*, Epicedion ĩ puer(um) suū *A*, Epicedion in uernam puerum *Heins.* 1 ultra *Barth*, ullis *Peyrarède* 2 incipio iam Castaliae *scripsi*, Incipiam nec Castaliae *M*, incipiam nunc C. *Is. Pontan. et Scriuerius* 5 li-

numquid inaccesso posui uestigia luco?
num uetito de fonte bibi? quae culpa, quis error
quem luimus tantis? morientibus ecce lace*r*tis
uiscera nostra tenens anima*m*que auellitur infans,
non de stirpe quidem nec qui mea nomina ferret
oraque,—non fueram genitor, sed cernite fletus
liuentesque genas et credite planctibus orbi:
orbus ego. huc patres et aperto pectore matres
conueniant: cineremque (*acuens sic* crimina) fert*o*,
si qua sub uberibus plenis ad funera natos
ipsa gradu labente tulit madidumque cecidit
pectus et ardentes restinxit lacte *fau*illas;
quisquis adhuc tenerae signatum flore iuuentae
immersit cineri *puerum* primaque iacentis
serpere crudelis uidit lanugine *flamm*as,
adsit et alterno mecum clamore fatiscat:

---

beat *Skutsch* patere *nescio quis* 8 $\overset{e}{c}$ tantus *Pol.* tantis moeroribus *Dom.* marcentibus *R. Vnger* lacestis *M, corr.* ς *a*, lacescis *A**, lacessit *Dom.*, fatiscit *uel* facessit *Heins.* 9 animaque *M, corr. Parm.* 10 stirpe equitum *R. Vnger,* stirpe patrum *Baehrens* 12 orbum *Heins. ('credite meis fletibus, orbum me esse'),* planctibus, orbi *Markl.,* planctibus: orbus *Baehrens (Vollm. ad IV 6, 36)* 14 cinere(m)que *MA* acue(n)s sic *scripsi (cf. Theb. II 336. Valer. Flacc. II 172),* oculis et *M* crimina *MA**

crinemque rogis et gramina *Heins.* (crinesque rogis et munera *Markl.*, myrrham loculis et germina *R. Vnger,* crinem capulis et cinnama *Baehrens*) $\overset{e}{c}$ ferto *Pol. (A'),* ferte *Ma(A)*

17 papillas *M,* fauillas *Dom.* (*locos Ouid. met. VIII 539, Sil. It. VIII 129, Stat. Theb. V 619 attulit R. Vnger*)

19 puerum *scripsi (Verg. A. IX 181: 'ora puer prima signans intonsa iuuenta'),* iuuenem *MA,* signatam—subolem *R. Vnger*

20 malas *M. corr. Dom.*

uincetur lacrimis, et te, Natura, pudebit;
tanta mihi feritas, tanta est insania luctus.
hoc quoque cum ni<*su*>, ter d*e*na luce peracta,
adclinis tumul<*o pla*>nctus in carmina uerto
discordesque m<*odos et*> singultantia uerba
molior, orsa ly<*rae neco, r*>estatque ira tacendi
impatiens! sed nec solitae mihi uertice laurus
nec fronti ui*t*tatus honos: en taxea marcet
silua comis, hilaresque hederas plorata cupressus
excludit ramis; nec eburno pollice chordas
pulso, sed incertam digitis errantibus amens

24—27 '<codex uet>ustus i(n)tercisos h(abe)t hos uersus ////// co(r)rigēdos' *A* teste Engelmann, Vollmer uero in ex. Corsiniano* putat corrigendos *sese legisse ait (excidisse ergo* 'Domitius sic' *censet), equidem* <caute> co(r)rigēdos *suppleuerim spatiis relictis lacunae in M significantur* 24 ni... ter *M*, meditor ter *Dom.*, m... ter **A'*, huic quoque dum m<e do>, ter *Heins.*, ni<tor,> ter *Gronou.*, hoc q. c. ni<su,> ter *scripsi* dana *M, corr.* ς 25 tumul *MA**, tumulo *a* nctus *M*, luctus *a Dom., inde* uctus **A'*, planctus *(a R. Vnger repudiatum) Baehrens* (tumulo et pl. *Krohn*) 26 m... singultantia *MA**, *suppl.* ς 27 ly... est *MA**, ly<rae uis> est atque ira *Krohn*, ly<ra uox> est a. i. *Davies*, molior orsa ly<ra : satis> est a. i. *Phillimore*, orta ly<rae sitis> est a. i. *Korsch*, orsa ly<rae neco, r>estatque i. *scripsi* *huc mihi uidentur ea referenda quae Politianus ad uu. 29—30 in exemplaris Corsiniani marg. sinistro adnotauit:* 'dexhibet atque' *A** [*h. e. 'deinde exhibet' scil. 'antiquus'*], *Vollmer hanc adnotationem ad Domitiana illa* (orsa dolor) prohibet atque (ira) *trahendam censet* (prohibet datque ira *Barth*, prohibent atque ira *Heins.*) 29 uictatus *MA, corr.* ς 31 nec eburno *MA** (ignauo *a*) pectine *R. Vnger, mihi plectrum multo elegantius uerbis* eburno pollice *denotari uidetur* 32 insertam *Barth*, incertum *Markl.*, inceptam *R. Vnger*, immeritam *Baehrens*, intentam

sci*nd*o chelyn. iuuat heu, iuuat inlaudabile carmen
fundere et incom*p*te miserum la*tr*are dolorem.
sic merui? sic me cantuque habituque nefastum
aspiciant superi! pudeat Thebasque nouumque
Aeaciden: nil iam placidum manab*i*t ab ore.
ille ego qui (quotiens!) blande matrumque patrumque
uulnera, qui uiuos potui mulcere dolores,
ille ego lugentum mitis solator, acerbis
auditus tumulis et descendentibus umbris,
deficio medicasque manus fomentaque quaero,
uulneribus *dictamna* meis. nunc tempus, amici,
quorum ego manantes oculos et *s*aucia tersi
pectora: reddite opem, saeuas exsoluite gratis.
nimirum cum uestra *modi*s ego funera maest*i*s
⟨plangere temptabam, quis non hos spernere fletus⟩

---

nescioquis (cf. I 5, 11) 33 Sciēdo *M, corr.* ς 34 incomite *Ma, corr.* ς *Pol.* latrare *scripsi (II 1, 13. Theb. II 338: agnoscis dicendi genus Homericum, inde ab Ennio poetis Latinis familiare),* laudare *M*, saturare *Heins.*, nudare *Markl.*, laxare *R. Vnger*

35 Sic merui *M*, si merui *R. Vnger*, sic meriti *Baehrens*, sic merui? *Rothstein* 35 nefasto? *(certe Hor. c. I 35, 35 sq.: 'quid intactum nefasti Liquimus?' iungendum est 'quid nefasti')*

37 placidum *M*, blandum *malim* manabat *M, corr.* ς *Pol.*

38 quotiens *MA**, totiens *a* blande *uel* blando *M*, blandus *Dom.*, fando *Polster*, pia natorumque patrumque *scripserim (II 1, 32: 'matribus atque piis cecini solacia natis')* 39 uiduos *Heins. (Theb. XII 796: 'uidui—luctus') quod si uerum est, respicitur Silu. V 1* 43 dictamna *scripsi*, sed summa *M*, quae summa ς, sed uana *Heins.*, s. suntne *Polster*, s. nulla *Rothstein* 44 faucia *M, corr.* ς 45 saeuasque *Heins.*, seras *R. Vnger* 46 domus—maestus *M*, modis — maestis *Klotz olim* 46ᵃ *lacunam statuit Baehrens, suppleui e. g., coll. Theb. XII 383 (475. Ach. I 631): de infin. histor. cf. II 1, 122 sq. V 2, 41—46. 3, 146 sqq. 235*

increpitans: 'qui damna dol*e*s aliena, repone
infelix lacrimas et tristia carmina serua'.
uerum erat: absumptae uires et copia fandi
nulla mihi, dignumque nihil mens fulmine tanto
repperit: inferior *u*ox omnis et omnia sordent
uerba. ignosce, puer: tu me caligine maest*a*
obruis. a! dur*us*, uiso si uulnere carae
coniugis inuenit caneret quod Thracius Orpheus
dulce sibi, si busta Lini complexus Apollo
non tacuit. nimius fortasse auidusque doloris
dicor et in lacrimis iustum excessisse pudorem:
quisnam autem gemitus lamentaque nostra rep*r*endis?
o n*i*mium felix, nimium crudelis et expers
imperii, Fortuna, tui, qui dicere legem
fletibus aut fines audet censere dolendi:
incitat, heu, planctus. potius fugientia ripas
f*lu*mina de*ti*ne*a*s rapidis aut ignibus obstes,
quam miseros lugere uetes. tamen ille seuerus,
quisquis is est, nostrae cognoscat u*isc*era causae.

---

47 dolens *M*, doles *Pol.*, quid d. doles *Skutsch*, quae d. dolent *(scil. lacrimae) nos olim* 48 et *M*, *fuit cum* tibi *conicerem*
46—48 Nimirum tunc uestra domans (*hoc Dom.*) ego uulnera maestos (*hoc Lindenbrog*) Increpui: nunc, damna dolens alterna, reposco Infelix lacrimas et tristia carmina quaero *Markl.*
51 nox *Ma*, *corr.* ς *A* 52 maestu *M*, *corr.* ς, moestus *a*, moestum ς *Dom.* (*inde Pol.*), mersum *Heins.* (*Theb. VI 510. X 735*)
53 duro *M*, $\overset{e}{c}$ ah durus *Pol.* *(A')*, obruis arsurus *Dan. Heinsius*, *ante uerba* a durus *distinxit Vollmer* si *MA**, Sic *Dom.*
57 dicar ς 58 rependis *MA**, reprendit *Dom.*, reprendis *Pol.*
62 citius *N. Heins.* 63 Fulmina *Ma*, *corr.* ς *A'* deiuneus *M*, deuincas *Dom.*, detineas *Heins.* 65 uulnera *M*, uiscera *R. Vnger (coll. Cic. de orat. II 318: 'Haec ...ex ipsis uisceribus cau-*

Non ego, mercatus Pharia de puppe loquaces
delicias doctumque sui conuicia Nili
infantem, lingua *mi*mum salibusque proteruum
dilexi: meus ille, meus. tellure cadentem
aspexi atque unctum genitali *ui*mine foui
poscentemque nouas tremulis ululatibus auras
inserui uitae. quid plus tribuere parentes?
quin alios ortus libertatemque sub ipsis
uberibus tibi, parue, dedi, *c*eu munera no*n tu*
rideres ing*r*atus adhuc. properauerit ille,
sed merito properabat, amor, ne perderet ⟨*ullum*⟩
libertas tam parua diem. nonne horridus ⟨*omni*⟩
inuidia superos iniustaque Tartara pulsem?
nonne gemam te, care puer? quo sospite natos

---

sae sumenda sunt'), uulnera curae *Markl.* 66 pube *Heins.*, plebe *R. Vnger* 67 Aedituas *MA, corr. Auant.*, nequitias *Markl.*, blanditias *R. Vnger* 68 mimum *scripsi (iunge: 'lingua salibusque mimum proteruum'),* fumum *MA*, eximium *u. d. s. XV ap. Phillimore*, nimium *Markl.* linguaque simul *Auant.* manibusque pr. *Barth* 69 iacentem *R. Vnger* 70 excepi *Auant.* ac nudum *malim* uimine *scripsi, coll. Theb. I 583 sq.: 'uimine querno Texta domus' (de cunabulis), Ouid. met. II 554 (cf. fast. IV 435. Martial. IV 88, 7. VII 53, 5),* carmine *M*, ac uinctum (ς) g. stamine *R. Vnger*, atque unctum g. stramine *Baehrens*, sanguine *Danielsson* 71 pulsantemque *Heins.* 74 ceu *R. Vnger*, heu *M*, cum *Pol.*, tu *Markl.*, sed *Baehrens* nostra *M*, nosses *R. Vnger*, non tu *scripsi (I 2, 35. II 1, 123. IV 6, 90)* 75 ridebas ς ingatus *M*, ingratus ς, ignarus *Auant.* 76 perder& omnem *a*, *deest* omnem *in MA**, ⟨ullum⟩ ς, ⟨unum⟩ *Baehrens* 77 parca *Heins.* omni *addidi (Theb. IX 722 sq.: 'ingentem plangit ad aras inuidiam', II 191 sq.: 'omnis corde resedit Tristitia', Cic. de domo 60: 'tectis — meis — omni imbutum odio bellum intulistis', al.), omis. M*, ipse *a*, ipsos ς *Dom.* [In ātiq° deest ipsos *A**], inde *Baehrens suppl.*

*n*on cupii, primo ge*netrix* que(*m*) protinus ortu(*m*)
implicuit fixitque mihi, cui uerba sonosque
monstraui, questu que*m* uulnera caeca n*otant*em
reptantemque solo demissus ad oscula *creb*ra
erexi, blandoque sinu iam iamque <*ualebam*>
*cui so*pi*re* genas dulcesque accersere somnos,
cui nomen uox prima meum l*aet*usque tene*llo*
risus et a nostro ueniebant gaudia uultu.

. . . .

---

80 Concupii *MA*, *corr. Dom.* primo—mihi *iungendum* genetrix *scripsi*, gemitum *Ma*, genitum ς, $^{e}_{c}$ genium *A' teste Engelmann* [? genitum *Politiano tribuit Vollmer*], gremium *Heins.*, genium *Vnger* quem *Pol.*, qui *M* ortu(m) *scripsi* (*u. ad I 2, 73*), ortu *M* 81 $^{e}_{c}$ implicui fixique *Pol.*, p. gremium cui p. o. adplicui fixique meum *Markl.* 82 questu quem u. c. notantem *scripsi*, questusque et [et *sscr.* *M*[1]] u. c. ne soluam *M*, resoluam ς, murmura c. cientem *Heins.*, murmura c. resoluens *Markl.* 83 crebra *scripsi*, uestra *M*, nostra *a*, dextra ς destra *A'*
84 sinu *M*, sinus *a* [sinis *Pol.*, *teste Engelmann*] blandusque fui *Thom. Reinesius*, blandusque sinu *Heins.*, blandique sinus *Markl.*
ualebam *suppleui*, *om. MA**, natantes ς, cadentes *Baehrens*, solebam *nos olim* 85 cui sopire *scripsi*, Excepere *M*, exercere *Auant.* extergere *F. Lindenbrog*, excipere ore *Barth*, excepisse *Markl.*, exceptare *R. Vnger*, exsopire *Vollmer* 86 laetusque *scripsi*, ludusque *M*, multusque *Heins.* tenello ς *Dom.*, tenebo *M(A)*
87 *iunge: 'cuique risus et gaudia n. a. u. ueniebant'* a *MA*, e *a*
'post u. 87 duobus uersibus... intermissis... rubricator [*in M*] *addidit* FINIS · ADEST · VERE · PRECIVM · VVLT · SCRIPTOR · HABERE' (*Alfr. Klotz*). *contra de libro Poggiano referens* Incidi, *inquit Politianus*, in exemplar statij syluar(um) quod ex Gallia Poggius Gallica scriptum manu in Italiam attulerat. A quo uidelicet uno, licet mendoso deprauatoque et (ut arbitror) etiam dimidiato reliqui omnes codices qui sunt in manibus emanarunt'.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

In app. crit.	dele	lege
I ep. 28	set *scripsi*	sed *Hopf*
I ep. 31	*scripsi*	*Lenz*
I 2, 192	*Baehrens*	ς
I 2, 203	*Slater*	*Heins.*
I 2, 240	*Phillimore*	*Hopf*
I 3, 9	*Gryphiana*	*Auant.*
I 3, 31	*scripsi*	*Heins.*
I 3, 56	*nescioquis*	*Auant.*
I 3, 107	*Quicherat*	*Wakefield*
I 4, 29	*Heins.*	*Parm.*
I 4, 92	*Bernaerts*	*Lipsius*
I 5, 4	*Pol.*	u. T. sonore *Pol.*

In app. crit.	adde
I 1, 50	Veledae *nescioquis*
I 1, 100	*cf. Ach. I 332*
I 2, 6	*in epist. ad Beroald. (VI 1)*
I 2, 31	*III 3, 160. 5, 30*
I 2, 118	pariter *Schrader*
I 2, 147	*III 4, 49*
I 4, 23	(n)anctus *Adr. Behotius*
I 6, 45	libertus ς
II epist. § 5	hexametris meis *Barth*
II 1, 33	<in>defessus *malim (cf. u. 16)*
II 6, 88	germine *Heins.*
III 3, 7	corde pios fletus fundentia (V 1, 247 s.)?
III 4, 83	*IV 4, 21. 8, 8. V 3, 293. Theb. II 371. XII 476.*

INDEX NOMINVM [1].

[1]) *Quae a libri Matritensis memoria recedunt, eis praefiximus asteriscum.*

---

[1]) *Aen.* VI 71 sqq. Cf. Stat. *Silu.* I 2, 177

PRELO HIC LIBER EXIIT PRIDIE KAL. MAIAS A. MCMIX.